E ¶ Cōtra hoc instat primo q: de scribere obligari p teneri ē diffinire magis bonū p minus notū. ¶ Scdo arguit q teneri nō bene describit. q: stat q deus aliquē obliget. ꝛ tñ nichil pcipiat/ vl ꝓhibeat. ¶ Tertio ad idē. q: tunc sequeret q creatura seipsā obligare non posset cum sibiipsi nō sit superior. ¶ Quarto q: p hāc descriptionem euado difficultatem de obligatione ad impossibile. de qua doctores multi multum dubitāt. modo ponere vnū mere voluntarium quid nominis sic euasiuum difficultatum non probatum est irrationabile sicut patet 7. ¶ Sz ad ista F voluntarie dicta nō probata respondeo breuiter. vnde ad primam ꝛ secundam instātiam. nego antecedēs. et miror quomodo ipse sic petit principiū assumēdo simpliciter illud qd est ꝓbandum: vt ptz. ¶ Ad tertiā nego ꝯñam q: licet creatura non sit superior: tamen potest seipsā obligare (id ē aliquid facere vñ sequitur ipsam esse obligatam: et habere a suo superiori prohibitionem vel preceptum de aliquo. de quo prius non habuit) sicut ptz de illo qui vouet paupertatē: vel virginitatē ꝛc. ¶ Ad quartam dico q illud quid nominis est rationale: nec per ipm euado illā difficultatē de obligatiōe ad impossibile. nisi sicut decet eam euadere. imo ex hoc q sancti dicunt q deus non potest obligare ad impossibile. sequitur q illud quid nois sit rationale. ꝛ si nō placeat sibi: det aliud melius. ꝛ ego contētabor. Et hec sunt dicta contra istum reuer. magistrū ꝛc. ¶ Cōtra tertiam ꝛ quartam ꝓpositiōes arguit frater petrus ꝛc. Et in primo principio suo posuit istā tertiam conclusionē q nō stat creaturam rationalē peccare mortaliter et ipsam non committere vel omittere cōtra legem rationis (id est recti dictaminis) naturae difformiter. Quam probat supponendo q talis creatura habeat noticiam vltimi finis et principiorum moralium. Unde arguit sic. Nam dato q nullum esset pceptum creature datū/ adhuc creatura ratiōalis lege ratiōis seu recti dictaminis naturalis indispensabiliter obligaretur sub pena peccati deo honorem reddere: ei obedire: ꝛ ipsum nō odire: ergo nō stat creaturā peccare ꝛc. ꝯña tenet. quia qd indispensabiliter obligat necessario obligat. stante cōstantia sub iecti obligabilis. Sz antecedēs ꝓbatur. q: lex naturalis est immutabilis/ et indelebilis in suis principiis: que sunt bonū facere ꝛ malum fugere. vt ostēdit thomas prima scda. q. xciiij. iiij. ꝛ vi articulo. Uñ articulo. vi. allegat Aug. ii. confes. dicentem. Lex scripta est in cordibus hominū quā nulla quidē delet iniqtas. Sed lex scripta in cordibus hominū est lex naturalis. ergo lex naturalis deleri nō pōt. hec est ratio sancti thome ibidē. ¶ Secūdo confirmauit ꝯclusionē auctoritate beati Aug. li ij. de sermone dñi in mōte. c. ij. vbi dicit. Nulla ē aia (quāuis puersa) q tñ ratiocinari possit: in cuius cōsciētia nō loquat deus. Quis em̄ scripsit legē naturalē i cordibus hoīz

G Conser. ta. iij.

A nisi deus &c. ¶ Ex hac ꝯclusiōe intulit tertiū correlariū. vȝ ꝙ ipossibile est creaturā rōnalē obligari a diuino velle. ⁊ eā nō obligari aliq̄ alia lege. ptȝ ex ꝯclusiōe. Et ꝯfirmat. q: nō stat creaturā rōnalē omittere/vel ꝯmittere ꝯ diuinum velle. ⁊ non contra dictamen rationis. ergo nō stat eam obligari ad aliquid p diuinum velle quin ipsa ad illō obligetur per dictamē legis naturalis seu rationis recte. Confirmauit. quia in mente rationalis creature est ꝓprie lex seu regula iuste vite. Sed regula mēti rationali intrinseca est lex naturalis ratiōis. que indissolubiliter obligat creaturam talē ad nichil agendū contra conscientiam. ergo correlarium verū. Antecedēs est prima ps primi correlarij tertie conclusionis mee. vbi dixi sicut virtus iusticie solum est i mente &c. Oppositum huius correlarij ꝓbaui sic. sicut prima causa quicquid agit cum causa secunda p̄t agere se sola. sic p̄ma lex vl' regula &c. ¶ Ad hanc rationē dixit: ꝙ inter obligare ⁊ causare effectiue est magna dissimilitudo ⁊ differentia q: nō quodlibȝ obligare ē agere vel actio. q̄a lex scripta obligat ⁊ tm̄ nichil ꝓducit vel agit i obligādo. ideo ad formā negatur scḋa pars maioris seu añtis ratione dissimilitudīs q̄ est iter causare effectiue: et obligare.

C ¶ Sȝ lȝ circa hec m̄lta possēt dici. tm̄ breuiter dico ꝙ ista nullo mō sunt ꝯtra me. Un̄ p̄mo cōcedo ꝙ de potēcia ordiata nō stat creaturā rationalē peccare/vel ꝯmittere: aut omittere ꝯtra diuinū velle. et non ꝯtra dictamē ratiōis seu legis nature aut alteri⁹ legis create. ⁊ nichil pl⁹ ꝓbāt rōes p̄dicte: sicut pȝ intuēti. ⁊ hoc idē etiā ꝯcessi/⁊ ꝓbaui in tertia ꝯclusiōe p̄mi p̄ncipij mei.

¶ Scḋo nō obstātib⁹ istis ꝯcedo ꝙ de potētia absoluta stat creaturā rōnalē peccare ⁊ ꝯmittere vl' omittere ꝯ diuinū velle: ⁊ nō ꝯ dictamē alicui⁹ legis create: ⁊ in hoc sēsu ei⁹ ꝯclusio est falsa: nec sufficiēter ꝓbata. nec r̄nsio quam dat ad rationem meā videtur sufficere: q: ꝗuis inf obligare ⁊ causare effectiue sit magna dissimilitudo ⁊ differentia. tamē huius dissimilitudinis nō euacuatur ratio mea. quia quo ad hoc ē simile ꝙ sicut causa secunda non potest agere sine prima: sed bene p̄ma sine secunda: sic lex creata non potest obligare sine prima sed bñ p̄ma sine q̄cunq; alia. ideo &c. D


¶ Cōtra q̄ntā ⁊ sextā ꝓpositiōes arguit reuerendus pater frater michael &c: ⁊ ponit ꝯclusionē ꝯdictoriā supradictis propositionibus. E conferētia. 4.

Et primo ꝓbat ꝙ non oīe peccatū est ꝯmissio vel omissio contra legis ꝓhibitionē vel preceptum. Tū p̄mo q: aliq̄ ignorantia est peccatū q̄ nec est ꝯmissio nec omissio &c. Tū scḋo q: pctm̄ veniale ⁊ negligētie nec est ꝯmissio vl omissio ꝯ legis ꝓhibitionem. Tum tertio. q: si oīe peccatum eēt ꝯmissio vl' omissio cōtra legis prohibitionem sequeretur ꝙ quelibet trāsgressio precepti essȝ pctm̄ vl' imputaretur ad culpam. qḋ est falsū: cū aliq̄ solū iputetur ad penā. ¶ Sȝ ad ista breuiter respōdeo. vnde ad F

primā et scdam simul nego assūptū. et pbatio sua ɔsistit in quibusdam diuisionibus peccati: et comparationibus peccatorū quas ipse assignat sz illas nego nec video φ habeant aliquā apparētiam nisi equiuocando de illis terminis ɔmissio et omissio iō &c. ¶ Ad tertiā dico: φ omis
G trāsgressio pcepti pprie dicta q̄ est ɔtra preceptum ad intētionē pcipiētis est pctm̄ seu ad culpā imputabilis. nec oppositū ipse pbat. iō nichil plus dico. ¶ Se
H cūdo pncipalit̄ dict⁹ reuerēdus pater pbat φ aliqd est ex se peccatū: et nō pcise q2 lege phibitū. Et arguit pmo sic. quia possibile essz hoiem peccare nullo pcepto sibi dato (sez neglectis eternis/ et spiritualibus bonis) se cōuertēdo ad tēporalia bona. qa hoc est peccare scdm augustinū pmo de libero arbitrio. Cum per hoc turbetur naturalis ordo. quem eterna lex seruari iubet: et turbari vetat. sed non minus potest hoc homo habito pcepto nullo sicut cum precepto igit̄ &c. Secūdo ad hoc ē auctoritas beati Augustini in eodez libro. vbi dicit. Non sane. iō malum est adulterium. quia vetat̄ lege. sed ideo vetatur lege quia maluz est. Tertio ad hoc est auctoritas philosophi. ij. Ethicorū vbi ait. Non ois aūt suscipit operatio neqz ois passio medietatem. Quedā eñ ɔfestim nominata cōuoluta sūt cum malicia puta gaudiuz de malo. inuidia. adulterium. homicidium. hec inquit oīa. et que talia dicūtur scdm ipsa mala esse. igitur sequi
I tur ɔtra me &c. ¶ Sz breuit̄ dico φ ista non sūt ɔ me. sz laborant in equoco. Un bn̄ concedo φ aliqd est pctm̄ nō pcise q2 lege phibitū: intelligēdo de lege scripta vel humana: et hoc nihil aliud pbāt auctoritates pdicte sz tn̄ cu hoc stat φ nichil ē pctm̄ nisi quia lege prohibitum (id ē) nisi quia est contra legem eternam/ et volūtatem diuinam. Et per ɔsequēs nichil est ex se peccatum. q2 nichil est ex se tale qd nō est intrinsece tale: sed solum per denominationez extrinsecā. Et oppositum huius nō pbant rationes pdicte sicut clare cuilibet intuenti potest apparere quare &c. ¶ Tertio principaliter dictus reuerendus pater ostendit rationes meas non sufficere. K
Un̄ quintā probationem pbaui. Pmo ex pma cōclusione pmi principij in qua declaraui φ volūtas diuina est lex pma obligatoria. et p consequens omne pctm̄ est ɔmissio vl̄ omissio ɔtra diuine voluntatis obligationē ¶ Secundo probaui eam p augustinū. xxij. cōtra. Faustū vbi dicit φ peccatum est dctm̄ vl̄ factum vel concupitū ɔtra legem eternā quare &c. ¶ Sed ad hec respondet pmo φ satis posset ostendi φ neutra illarū propositionum sequitur ex ɔclusione &c. Sed hoc ipe nō ostēdit. ideo &c. ¶ Scdo dicit ad auctoritatē Augusti. φ illa descriptio quaz ponit non est generalis et sufficiens descriptio peccati: sed exprimit solum materiam circa quā cōtingit esse pctm̄ actuale &c. sz hec responsio non est ad propositum. quia non allegaui illam auctoritatē augustini tāqz diffi-

finitionem peccati. sed vt p illaz
concluderem q omne peccatum
est contra legis eterne/seu volū=
A tatis diuine obligationem. qua
re &c. ¶ Tertio ad probationē
sexte ppositionis qñ dici q nul
lus est peccator nisi q pūarica=
tor &c. Respōdet q sumēdo lar=
ge pūaricationē qlibet pōt dici
pūaricator q agit cōtra legē cō=
muniſ loquēdo de lege. & sic cō=
cedit maiorē & probationē. & sic
intelligūt auctoritates psalmi=
ste. Preuaricatores reputaui
omnes peccatores terre. Et illa
auctoritas aplī ad Ro. iiij. Ubi
nō est lex nec preuaricatio. Sed
sumendo proprie vel stricte pre
uaricationē. ille solū dicitur pre
uaricator qui agit contra legez
cōtracte sumptam. Et sic negat
maiorem. q aliquis est peccator
qui non est preuaricator contra
legem stricte sumptam. ideo di=
B cit q ratio non procedit. ¶ Sed
ista respōsio est insufficiens. q2
ipse non declarat quid ipse intel
ligit per legem cōmuniter sum=
ptam. & quid per legem contra=
cte/vel stricte sumptā. vnde si p
legem cōmuniter sumptā ipse in
telligat indifferenter tam legem
pmam que est voluntas diuina
q legem secundam que est lex
creata. Et per legem stricte sum
ptam intelligat solum legē cre=
atam: tunc cum lex prima que ē
voluntas diuina ita proprie vel
magis sit lex obligatoria sicut
quecūq lex creata. sequitur con
tra ipsum q ita proprie/vel ma=
gis aliquis est preuaricator le=
gis. q agit contra legē creatam
sicut est preuaricator q agit cō
tra legem increatam qd est con=
tra ipsum. quare &c. Sic igit ex
omnibus predictis patet q sex
propositiones supradicte stant
in veritate &c.

¶ Incipit principium in tertiū
sententiarum.


Uenam do= C
ctrina hec noua.
Ista questio moue
batur Marci. i. ca=
pitulo. quam alias in eiusdem li
bri principio / & similiter in pri=
mo sententiarum exordio per me
assumptam pro themate iteruz
nunc resumo. Reuerendi patres
magistri ac dñi carissimi sicut sa
cra testatur hystoria. bonus olim
artifex rerum deus qui oia non
nisi bona produxit in esse. homi
nem ipsum specialis prerogati=
ua bonitatis creauit inter cete=
ra valde bonum. eūq ad imagi=
nem suam factum virtutibus sin= D
gulis insigniuit. ¶ Sz vt de alijs
taceamus quattuor specialiter
virtutibus videre mihi videor: ami
ctum fuisse hominē ab ipso sue
creationis exordio. Dederat ei
sibi deus misericordiam ad con
seruationem. hunc siquidez mi=
sericordia custodiebat Dederat
veritatem ad eruditionem. hūc
veritas docebat. Dederat iusti
ciam ad directionem. hunc iusti
cia regebat. Dederat & pacem
ad delectationem hunc denicq
pax fouebat. ¶ Sed heu miser E
hō descendens de hierusalem in
hiericho incidit in latrones.
Luce. x. a quibus suis virtuti=
bus miserabiliter spoliatus ac=
cepta perdidit mūera deitatis
perdidit eñ pietatē & miam. pdi
dit veritatem & sapientiam. per=

didit equitatez et iusticiã. pdidit etiam pacẽ et concordiam. Perdidit itaqꝫ hõ iste pietatẽ et misericordiam qñ sic exarsit in cõcupiscẽtia sua vt nec sibi nec filijs parceret nascituris. Sed in se impiꝰ et imisericors i posteros suos oẽs terribili maledicto et necessitati mortis adiecit. Perdidit hõ iste veritatẽ et sapiẽtiã qñ dyaboli credẽs mẽdacio imortalitatẽ fallaciter pmittẽtis/insipiẽs factus diuini verbi infallibilem veritatem adiecit. Perdidit hõ iste equitatẽ et iusticiã quando serpentis persuasioni / et mulieris voci obediuit potiusqꝫ diuine. tunc eñ vt Ouidij vbo vtar Terras astra reliquit. Perdidit deniqꝫ homo iste pacem et concordiã quando incepit caro cõcupiscere aduersus spm: et contra ipsum oĩs creatura q̃ prius sibi subiecta fuerat rebellare. tunc eñ eum intus pauor et foris timor inuasit. Sic igit phdolor virtutes a terra passe sunt exiliũ. Sic in celũ coacte sunt capere refugium. sicqꝫ ipso homine derelicto ad deũ qui eas dederat redierunt. ¶ Sꝫ pẽsandũ est carissimi et diligẽtius pscrutandũ qualiter summa creatoris sapientia circa miserabilis creature sue reparationẽ mirabiliter disposuerit puidere. Factum est nāqꝫ in celo cõsilium vt de causa lapsi hoĩs tractaretur in quo medius pater luminum iudicis fungens officio residebat. ante cuius pspectum virtutes ipe que dicte sunt principaliter assistentes super hac re pariter conferebant / et vtraqꝫ ex parte quod eis videbatur vtiliꝰ loquebantur. Siquidẽ veritas et iusticia hoiem miserum condẽnabant. par vero et mia cundẽ dulciter excusabant. Ueritas igitur ac iusticia contra hoiem parate ad faciẽdã vindictã his verbis iudicẽ affabãtur. Nũqd oportet impleri sermonem quez locutꝰ es dñe. Necesse est ergo vt totus moriatur Adam cũ omnibus qui in eo erant qua die vetitum pomũ in preuaricatione gustauit. Nunquid si preuaricator predictam mortis sententiam euaserit nõ iam pmanebit in eternum veritas tua domine: Nũquid in teipsum iudicez partis huius merita retorquentur? Cauendũ eñ omnino est/ne fiat irritum verbũ tuũ: ne sermo tuꝰ viuus et efficax vlla occasione vincatur. Par vero et mĩa econtra pro parte hominis pia iudicis pulsantes viscera loquebantur. Nunquid obliuiscetur misereri deus: aut cõtinebit in ira sua misericordias suas? Nunquid dñe in eternũ irasceris nobis aut extendes iram tuam a generatione in generationem? Jam eñ tua misericordia perijt et nulla est oĩne / si aliquãdo non miserearis. Nunquid ergo domine misericordie recordaberis vt culpa hominis qui de fragili limo productus est / qui a forti dyabolo seductus est / in foro tue pietatis valeat excusari. Eget eñ tua miseratiõe creatura tua. qñ misera facta est et miserabilis valde: venit autẽ tempus miserendi eius imo iã preterijt tempus. Tu ergo dñe miserere. ¶ Sic igit grandis erat controuersia et intricata nimiũ

disceptatio. nec videbatur quo modo possent erga hominē veritas et iusticia ac simul pax et misericordia conseruari. Sz audite dilectissimi sup hac deceptatione iudicis sniam. Sane lz diu multūqʒ visus sit dissimulare p̄timi serationū vt interim satisfacēt zelo veritatis et iusticie: nō tñ infructuosa fuit patri mie supplicatio ipo:tuna. sed exaudita fuit in tēpore oportuno. imo (vt declamantis senece vbo vtar.) perierat totus orbis nisi super iraʒ fuisset misericordia. vnde tandem pius et clemens iudex paci et misericordie condescendens super predicta contētione taleʒ ptulit sententiam. Penitet inqt me fecisse hoiem. Geñ. vi. bonuʒ eñi erat si natus non fuisset hō iste michi autē incūbit penitentiam agere p homine quē creaui. vadam ergo et naturā assumens humanā p hominis redēptione mortē patiar ab homine. His itaqʒ auditis factū est qd p pheta dixerat. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi. iusticia et pax osculate sūt. ps. lxxxiiij. Tunc eñi indissolubili cōiuncte federe vnanimiter iudicis laudauerūt propositū: et sic prolata sententia facta est partiū cōcordia. A ¶ Sz attendite carissimi qualiter p̄missa sentētia executioni fuerit demandata. venit eñi plenitudo temporis. et iam pluribus temporum curriculis euolutis quibus os suū dilatauerat infernus vt nascentes reciperet/et mortis terminos ampliaret. Tandem! puerorʒ vagitus. voces iuuenum: senū lacrimas. vtriusqʒ sexus stridorea dentium miseratio diuina conspexit: vñ. ppter miseriā inopū et gemitū pauperʒ. nūc exurgam dicit dñs. ps. xi. Uolēs ergo piissimus dñs hominē eripere ne ab inferni faucibus sorberet: et de misericordia reddere qd ibi fuerat de iusticie rōne sublatū: dignatus est ab arce celi a solio glorie. in hominū calūniā. in serui. e formā vsqʒ venire. sed et carnē peccati suscipere: vt pro hois redēptiōe fieret de9 homo. ¶ Hec est B igitur breuis noue xpi doctrine summa. hec est breuis totus legis euangelice sententia. hec est doctrina p quaʒ lux in tenebris oritur et salus nascitur in peccatis. hec est doctrina tam singulariter mirabilis. et tam mirabiliter singularis vt in eius ammiratione raptus homo nō immerito in admiratiue q̄stionis cogatur prorūpere verba dicēs Que nam doctrina hec noua? q̄ fuit questio vestris pposita reuerentijs a pncipio. ¶ Ad quā C quidem q̄stionem sicut alias dicebatur magister sententiarum in quadripartito huius libri volumine sub quadruplici conclusione respondet. ¶ Prima est. q hec est doctrina per quam summa dei misteria secretius reuelantur: in primo. ¶ Secūda est. q hec est doctrina p quam nostra mundi vestigia subtilius declarantur: in secundo. ¶ Tertia est. q hec est doctrina p quā mira verbi cōmertia sublimius reserantur: in tertio. ¶ Quarta ē. q hec est doctrina p quam pia lapsi remedia suauius propinātur: in quarto. ¶ Per ipaʒ nāqʒ reuelantur secretius velata mi

steria summe trinitatis: quo ad primū p ipsam declarātur subtilius creata vestigia noue entitatis: quo ad secundū p ipsam reserātur sublimi⁹ sacrata ꝯmertia mire charitatis: quo ad tertiuꝫ. per ipsam ꝓpinantur suauius oblata remedia pie sanitatis: q̄ ad quartū.

D ¶ Nā in hoc quadripartito sn̄iaꝝ libro tractat magister quadruplex doctrine xp̄i noue ⁊ euangelice legis archanum euāgeliste iohanni diuinitus inspiratū. Johan. i. c. ¶ Primū est ꝙ in principio erat verbū ⁊ verbum erat apud deū ⁊ deus erat verbū. Quod est beate trinitatis summū misterium: in primo libro. ¶ Sciendū est ꝙ omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factū est nichil: qđ est create entitatis nouū vestigiū: in secundo libro. ¶ Tertiū est ꝙ verbum caro factū est: qđ est diuine caritatis mirū cōmertium: in tertio libro. ¶ Quartū est ꝙ habitauit in nobis. Et vidim⁹ gloriam eius: qđ est hūane sanitatis pium remedium. in quarto.

E ¶ Sic igit̄ per hanc doctrinam altius erigitur humanus ꝓspectus: quo ad primū. dulcius instruit̄ humanus aspectus: quo ad secundū. Rectius dirigit̄ humanus ꝓfectus: quo ad tertium Mitius corrigitur human⁹ defectus: quo ad quartum. Nam magister in hoc sententiarū libro correspōdenter ad premissa. Ad erigendum prospectū hois agit de cognitione dei perfecti luminis: in primo. Ad instruendum aspectuꝫ hominis agit de creatione mundi effecti germinis: in secundo. Ad dirigendum profectum hominis agit de communione verbi effecti numinis in tertio. Ad corrigendum defectum hominis agit de curatione lapsi infecti seminis: in quarto. ¶ Hec sunt igitur quattuor cūclusiones ad propositionem respōsales: quas magister sentētiaꝝ pertractat. de quaꝝ tertia nūc solū dicendū est (dimissis alijs suis locis.)

F ¶ Tertia igit̄ cōclusio est (huic tertio libro sn̄iarum correspōdēs) ꝙ hec doctrīa per quā mira verbi ꝯmertia sublimi⁹ reserātur. Per ipsā nāqꝫ reserantur sublimius sacrata commertia mire charitatis. Naꝫ in hoc tertio libro sententiarū tractat magister illđ doctrine christi noue et euangelice legis archanum euangeliste. Johāni diuinitus inspiratum Johānis. i. Verbum caro factum est: quod est diuine charitatis mirū commertium. Ubi queso videte charissimi circa cōmertiū mire charitatis quattuor sublimius reserari. ¶ Primum est personalis diuinitas. quia verbum. Secundum est naturalis humanitas: quia caro. Tertium est temporalis natiuitas: q: factū. Quartū est suppositalis vnitas: q: est Teste siquidē pho omne quod est ideo est q: vnum numero est. Hec est eni̇̄ hui⁹ tertij libri sentētiarum principalis materia / et sn̄ia gn̄alis. Sic igitur per hāc doctrinā rectius dirigit̄ humanus ꝓfectus. Nā magr̄ in hoc tertio ad dirigendū profectum hominis agit de cōmuniōe verbi effecti numinis: ostendens q̄tum humana sinit fragilitas qualiter in christo deo / ⁊ homie

3. ɔclsio. gn̄alis.

salua ꝓprietate vtriusq₃ substã tie. vnit cũ maiestate hũilitas: cũ virtute infirmitas cũ eternita te mortalitas:caro cũ verbo.hõ cũ deo:īfimuz cũ sũmo: Sancvt (q₂ p una nr̃a lõge distabamus a summis) in seipõ iũgeret una summis:atq₃ ex eo nobis via re deundi ad summa fieret:quo sũ mis suis ima nostra copularet. Hec erit itaq₃ tertie cõclusionis sententia. Hec est huius tertij li bri sententiarum doctrina per quam homo prius a rectitudie deuius.recto calle ad profectuz salutis dirizitur:p quam ipse q̃ prius ad inferna seducẽte dya bolo trahebatur (mediatore xp̃o) ducitur ad superna Quod ipse nobis concedere dignetur: qui bñdictus est in secula seculoruz Amen. ❡ Iuxta thema collatio nis in primo pñcipio meo talez formaui titulũ questionis.vtrũ doctrina xp̃i noua sit lex perfe ctissima . Et quia ꝑfectio legis xp̃i ex quattuor potest speciali ter declarari. Prio ex perfectio ne preceptorum/que ab ipsa iu bentur . Secundo ex perfectio ne credendorum:que in ipsa do centur. Tertio ex ꝑfectione me ritorum/que sub ipsa habẽtur. Quarto ex perfectione premio rũ que ex ipsa debentur. Ideo iuxta hec quattuor pũcta titul[9] proposite q̃stionis diuisus fuit in quattuor titulos ꝑtiales cir ca quattuor libros sentẽtiarum ꝑtractandos. Prim[9] erat. vtruz lex xp̃i sit in p̃ceptis rectissima. Secũdus erat. vtrũ lex xp̃i sit i credendis certissima . Tertius erat. vtruz lex xp̃i sit in meritis gratissima. Quart[9] erat. vtrum lex xp̃i sit in premijs iustissima . Vñ sub his quattuor titulis in quattuor libri sniarũ pñcipijs/ q̃ttuor difficultates ꝓposui ꝑtra ctare. Pria erat de legis xp̃i ⁊ di uie volũtatis recta ꝯformitate. Scd̃a erat de legis xp̃i ⁊ sue ve ritatis certa probabilitate. Ter tia erat de legis christi merito ria credulitate. Quarta erat de legis xp̃i p̃miatoria equalitate. Expeditis p[ri]o ⁊ scd̃o articulis in alijs pñcipijs:restat nũc expe dire tertiũ al's reseruatũ. ❡ Que ritur igitur. vtrũ lex xp̃i sit in meritis ꝑtissima. Arguitur p[ri]o ꝙ nõ: q̃a illa lex nõ ẽ in meritis ꝑtissima q̃ impat aliq̃d qd̃ si non fiat de meritoriũ est.⁊ si fiat nõ est me ritoriũ sed lex xp̃i est hmõi.igitur. ⁊c.maior pz. q₂ lex ꝑtissima de bet eẽ leuis ⁊ ꝓportior ad meri ta q̃₃ ad demerita. Sed minor ꝓ batur:quia lex xp̃i imperat cre dere articulos fidei. Vñ apl'us sine fide iquit ipossibile est pla cere deo: credere eñi oportet ac cedentem ad deum ⁊c. Hebre.xi. Sed non credere demeritoriuz est.quia qui nõ crediderit cõdẽ nabitur. Mar.vlti. Credere vero nõ est meritoriũ:qd̃ declaro sic. q₂ nullus actus est meritorius qui nõ est liber:seu in libera ho minis ptãte.sed actus credendi non liber cum sit actus intelle ctus ⁊ nõ volũtatis:nec articu los fidei credere est in libera ho minis ptãte.q₂ pari rõe esset in libera hoĩs ptãte opinari que cunq₃ vellet:cũ difficili[9] sit cau sare assensum firmum ⁊ sine for midine (qualis ẽ assens[9]/ fidei) q̃₃ assensum dubiũ:⁊ cũ formidi ne (qualis ẽ assensus opiniõis)

B 3.q̃stio.

Ar.i.

et tñ ad experiētiā pz q̄ hō non pōt libere opinari qcūq̄ vult q̄ re rc. In oppositū arguit. q: sicut dici solet lex moysi: est lex rigoris lex aūt xp̄i lex grē r amoris iuxta illō. Jo. i. Lex p moysē data est: grā aūt p iesuz xp̄m facta est. quare rc. ¶ In ista q̄stione erūt duo articuli. Prim⁹ erit breuiter responsiuus et secundus erit aliqualiter collatiuus rc. Quantū igitur ad p̄mū respondeo breuiter ad quesitū tenendo simpliciter partē affirmatiuam q̄stionis. pro qua ad presens sufficit ratio post oppositum. Sed pro solutione rationis ante oppositum aliqua sūt dicenda. ¶ Primo igitur sciēdū est q̄ difficultas que tangitur i hac ratione. vtrum credere articulos fidei sit meritorium consistit in tribus propositionibus. q̄rum alteram oportz concedere: r tamen difficile est eligere. vel eñ oportet dicere q̄ actus credendi non est meritorius. q: nō est in potestate volūtatis. r contra hoc sunt assertiōes pluriuz doctorum: vel oportet dicere q̄ actus credendi sit meritorius. r in potestate voluntatis. r cōtra hoc est ratio supradicta: r vt videtur cōis experientia vel oportet tertio dicere q̄ actus credendi sit meritorius. et tamē q̄ non sit in potestate voluntatis. r cōtra hoc sunt multe auctoritates tam sanctorū q̄ philosophorū dicētiū q̄ null⁹ act⁹ est virtuosus/vel viciosus meritorius/vl demeritorius nisi sit a libero arbitrio libere elicitus/imperat⁹ primam ergo ptē tenet holkot dicit q̄ velle assentire vel acceptare assensū/ r gaudere de assensu est meritoriū. ppter q: oē qd̄ ē meritoriū effectualr est act⁹ volūtatis. Igit ppter stricte loquēdo dz merito dici q̄ assētire articulis fidei nō ē meritoriū: nec dissentire demeritoriū q: actus credendi non est imperatus a voluntate nisi sicut actus considerandi vnā conclusionē geometricam/vel phisicā. Ideo nō est plus meritorius q̄ talis actus Et eiusdem sententie videtur fuisse. G. parisiensis in quodam passu tractatus sui de fide et legibus q̄tum ad illud qd̄ vltio dictum est de actu cōsiderādi rc. Sed predictam opinionem reputauit magr̄ hugolinus q̄tuz ad aliq̄ esse hereticam r sibi ipsi repugnando claudere repugnātiam. ¶ Michi aūt videt hmōi disputationis difficultatē solū stare in quid nominis. r magis esse vocalē q̄ realem. Pro quo secundo sciendū est. q̄ aliquem actū esse liberū siue esse in libera potestate volūtatis pōt tripliciter intelligi. secundū q̄ actus a volūtate procedentes sunt in triplici differentia. Quidē enim sunt qui fiūt immediate ab ipsa voluntate/et a quib⁹ anima rationalis denominatur voluntas. sicut sunt actus volendi. et isti sunt primo principaliter r ppriissime liberi. Alii sunt actus intelligendi: qui fiūt ab intellectu mediante actu volendi r nolendi: r a quibus anima rationalis denominatur intellectus seu intelligens: sicut sunt actus credendi articulos fidei. q̄a vt ait Augu. Cetera potest hō nolens. credere aūt nō nisi volens

Et ideo act⁹ credēdi lʒ sit actus intellectus seu intelligendi: tñ fit particulariter a voluntate / seu mediāte actu volēdi. Et propter hoc licet itellect⁹ intelligēdo agat vt potētia naturalis et nō libere. tñ aliq̄ act⁹ ei⁹ possūt aliquo modo dici liberi. q: aliq̄liter fiūt mediāte actu libero volūtatis ɔcurrēte ad hoc apparētia rōnis (licet nō cogētis) Aliq̄ sūt act⁹ potētiarꝫ sensitiuarꝫ īperati a voluntate libera: sicut currere. ambulare. ire ad ecclesiā. dare elemosinā. ⁊ sic de silībus. ⁊ isti act⁹ licet sint naturales: tñ possūt dici esse in potestate volūtatis ꝓ quāto fiūt ex ei⁹ imperio: ⁊ per hoc pōt ɔcordari predicta contrarietas. Pro quo tertio sciendū est. ꝙ lʒ null⁹ act⁹ intelligendi qui non fit a voluntate seu mediante actu volendi sit virtuosus vel meritori⁹: aut etiā viciosus nec demeritorius (quia talis est pure et mere naturalis) tñ actus intelligendi q̄ fit mediāte actu volendi pōt eē meritorius. q: talis licet non sit propriissime liber / seu in libera potestate voluntatꝫ: tñ est aliq̄ modo liber: et in potestate volūtatis (pro quanto dependet ab ea) et hoc sufficit ad hoc ꝙ in eo cadat ratio meriti vel demeriti sicut etiam dici potest de actu exteriori. Et ita dicendū est. ꝙ actus credendi articulos fidei ē meritorius ⁊ ē in ptāte volūtatis iuxta scđaꝫ viā supra tactaꝫ. nec oppm̄ ꝓbat rō vt pꝫ ex p̄dictis ⁊c̄. ¶ Ex p̄missis pꝫ illō qō alias in tertio p̄ncipio intuli cōtra magistrū G. q̄ posuit in q̄dā correlario ꝙ assentire alicui vero ꝓpter determinationē volūtatis nō pōt ɔpetere intellectibus creatis. Qō ꝓbat. q: intellectui creato volūtas nō pōt esse ratio assentiēdi alicui vero. ⁊ ꝑ ɔñs nec ei⁹ determinatio: ɔ̄ꝗuis hoc ɔ. e dat de intellectu diuino. hoc autem apparet de facto esse falsuꝫ q: sepe hmōi determinatio est fidelib⁹ causa credulitatis. ⁊ si nō causa efficiēs totalis: tñ partialis. vt pꝫ ꝑ p̄dicta. ⁊ amplius declaraui circa prologū p̄mi. Et hec de p̄mo articulo. ¶ Quātū ad secundū articulū ad habendum collationem ⁊c̄. resumam illas tres dubitationes q̄s tractaui in tertio principio scꝫ supra quartū librū. ¶ Prima erat vtrum voluntas diuina sit diuino intellectui ratio cognoscendi siue assentiendi respectu alicuius veri. ¶ Secūda erat vtrꝫ voluntas diuina sit vel esse possit creato itellectui causa infallibilis iudicij respectu cōtingētis futuri. ¶ Tertia erat vtruꝫ voluntas diuina sit creature rationali prima lex siue prima regula obligandi respectu cuiuslibet ab ea debiti fieri. ¶ Ad p̄mam dubitationē respōdet magister G. tenēdo partē affirmatiuam: nam in quodā correlario posuit ꝙ diuinus int. llect⁹ assētit ꝙ antixp̄s erit precise ꝓpter determinationē volūtatis. Qō ꝓbat. q: ꝑ determinationē diuine volūtatꝫ aliq̄d ponit̄ in eē futuri. igitur per illā habet cognosci esse futurū ab intellectu diuino: ⁊ sic concedit ꝙ ratio cognoscēdi intellectui diuio eē diuie volūtatꝫ determinatio. ¶ Sꝫ ɔtra hoc arguēdo in primo p̄ncipio

B — Scđs articulus.

i. q̄stio.

ij. q̄stio.

iij. q̄stio.

Solutio scđe questionis.

C — i. articulus.

A

meo posui tres ꝓpoñes. ſʒ vt bꝛeuius faciam illas nõ recito. etiã q: rñdendo ad eas dixi ꝙ ego laboraui ſecũ in equiuoco. Ad cuius declaratione in quodã notabili inter cetera poſuit ꝙ iſte dictionis. q: / ꝓpter ꝑ ⁊ hmõi in colbus locutiõibꝰ qñqꝫ notaui nõ quidẽ cauſalitatẽ ꝓpriã: ſed illationẽ illius ex alio cũ cõnotatiõe cuiuſdam pꝛeſtantie: vel pꝛioꝛitatis ſcꝫ noſtrum modũ concipiendi / vel alias inferent respectu illati. ⁊ ad aliquẽ talem intellectum ipẽ loquit̃ de cauſalitate in dictis ſuis ⁊c̃. Sed in tertio pꝛincipio pꝛobaui ꝙ iſte modus reſpondendi nõ ſufficit ad verificationẽ dicti ſui pꝛimo ſic. q: ipẽ ꝓbauit coꝛrelariũ ſuũ ꝑ hoc q: ꝑ determinationẽ diuine volũtatis aliq̃d ponit̃ in eſſe futuri igit̃ ꝑ illã habet cognoſci eſſe futurũ a diuino intellectu. ſed in antecedẽte ly ꝑ nõ ſolum dicit pꝛioꝛitatẽ ſm modum noſtrũ cõcipiendi vel cognoſcẽdi ſed aliam cauſalitatẽ. igit̃ in conſequente eodem modo debꝫ capi ⁊c̃. Ad hanc reſpondet negando iſtã vltimã ꝯñam. ſed ve nõ video huius negatiõis cauſam ⁊c̃. ¶ Scdo arguebã ſic. q: in materia de qua loquimur ſicut cũ dicit̃ deus intelligit per ydeas. vel quãdo iſte magiſter dicit ꝙ diuinꝰ intellectꝰ aſſentit ꝙ a. erit ꝓpt̃ determinationẽ voluntatis ly per vel ly ꝓpter nõ poteſt capi niſi altero iſtoꝝ modoꝝ. ſ. vel ꝓut notat circũſtantiam cauſe motiue ſeu effectiue ſicut cũ dicimꝰ ꝙ aĩa intelligit ꝑ habitũ vel ꝓut dicit circũſtãtiam potentie intellectiue. ſicut cum dicimus ꝙ homo intelligit per intellectũ. vel ꝓut dicit circunſtãtiã foꝛmalis noticie ſicut cũ dicimꝰ ꝙ homo intelligit ꝑ ſuã cognitionem. vel ꝓut notat circũſtantiã ſui obiecti mediatꝫ ſicut cũ dicimus ꝙ hõ intelligit deũ in via ꝑ quẽdã cõceptũ ſibi ꝓpꝛiũ. vel ꝓut notat circũſtantiã obiecti immediate terminãtis. ſicut cũ dicimꝰ ꝙ hõ videbit deũ in pñia ꝑ ſuã eſſentiã ꝓpꝛiã. Sꝫ nullo p̃dictoꝝ modoꝝ p̃t intelligi illud dictũ. vt põt facilit̃ oſtendi inductiue. igit̃ illõ nõ ẽ verũ niſi valde ipꝛopꝛie. ¶ Tertio ſic quia non ſufficit dicere ꝙ ly per. vel ly ꝓpter notet ibi illam pꝛioꝛitatem cõſequentie ſiue noſtri modi intelligendi. Tũ quia iſtud videretur impꝛopꝛie dici. Tum quia talis modꝰ concipiendi eſſet fictus. niſi ſibi coꝛreſponderet aliqua pꝛioꝛitas ex parte rei: quod non poteſt dici cum inter intellectũ ⁊ voluntatem dei nulla poſſit pꝛioꝛitas / ſeu q̃uis diſtinctio ex parte rei aſſignari. igitur nõ eſt verum ꝙ ſua volitio ſit ratio aſſentiendi intellectui diuino plus ꝙ̃ econuerſo. ¶ Quarto ſic. aliquid eẽ rationem quare aliq̃d ꝯuenit alteri nõ poteſt niſi dupliciter intelligi. ſ. vel quia pꝛimo conuenit illi et ideo conuenit alteri. ſicut aĩa eſt ratio ꝙ hõ eſt ſuſceptibilis diſcipline: q: hoc pꝛimo conuenit anime. ⁊ ideo cõuenit homini. vel q: nõ cõuenit ſibi p̃mo. ipm tñ pꝛimo neceſſario exigitur ad hoc ꝙ cõueniat illi. Et hoc põt eẽ duplr̃: vel q: ipſũ eſt cauſa illiꝰ qd ꝯuenit alteri. ſicut aĩa eſt rõ quare hõ mouetur: nõ

q: pmo moueatur: sed q: est causa sui mot⁹. Uel q: ē aliqd ipoztatū p illō qō cōuenit illi siue de illo pdicatur. sicut tam materia q̄ foz ma est rō quare cōpositū ē coz ruptibile: q: p hoc pdicatū coz ruptibile taz materia q̄ forma ipoztatur: vt pz ex eius quid nois Sz duob⁹ primis modis nō pōt intelligi determiatiōnē volūta tis dei eē sibi rōnē essendi: vt cla re pz. Nec etiā tertio mō qō ptz sic. q: illo mō nūq̄ a. ē rō quare b. cōueniat ipsi c. nisi iter a. ⁊ b. et c. sit aliqua distinctio/ qō non est in pposito nisi ponatur distin ctio formalis quam non cōcedit

A ¶ Pro solutione istaꝝ rōnū no tauit E in suo tertio principio. ⁊ primo dicit q̄ p exēplar declaratione huius materie est sciendum q̄ artifex creatus constitu to iam artificio in esse ideali in mente sua: licet habeat potētiaz sufficiētem/ ⁊ omīa necessaria ad ponendū illud in esse: tñ nō erit in actum nisi prius ex consideratiōe q̄ bonū est illō esse ⁊ superueniat sibi velle actuale ponendi illud i esse. Ex hoc eni incipit illud artificium esse faturum in tali vel in tali tempoze q̄tuz est ex parte artificis ⁊c. Sed quicquid sit de hoc exēplo. tñ falsuz est qō vltimo dicit. s. ex hoc incipit illud artificiū esse futurū ⁊c. Nā impossibile est aliquid incipere esse futurū cuz oē futurum ab eterno sit futurū ⁊c. Secūdo applicādo dictū exēplū ad ppo situz dt q̄ lz in pmo artifice deo nulla sit poritas/ vel rō cālis inter volitionē ⁊ cognitionē respe ctu esse. a. pducibilis vel futuri tā q: inter cognitionē et volitio nem similis rōnis vel denoiatio nis pt prioritas repiri i creatu ris: vt dictū est: iō quodāmodo pōt volitio eē ratio cognoscēdi intellectui: ⁊ hinc ē q̄ scdz modū nrm cōcipiēdi naturalē pceden do a creaturis ad creatoꝛē/ dicimus deū velle rationē eē intelle ctui diuino cognoscēdi a. eē futurū ⁊ nō econuerso. Sz istō ma gis facit cōtra euz q̄ p eo: nam si ipse hoc attribuat deo pp̄ter similitudinē in creatura a fortiori hoc ipse deberet cōcedere de creatura dū pp̄ter vnūquodq̄ tale ⁊ illud ⁊c. ⁊ tñ illud ipse negat de creatura: q: i scda parte correlariū dicit q̄ hoc nō potest cōpetere intellectibus creatis. ⁊c. iteꝝ in creaturis sic est q̄ cognito pcedit volitionē: cum voluntas nō feratur in incognituz ergo scdm suū moduz loquendi pcedendo ex creaturis ad creatorem magis dicendū esset diuinum intellectū esse rōnem volendi q̄ ecōuerso. quare ⁊c. ¶ Tertio dicit q̄ ex predicto notabili ptz qd dicat ly p vel ly ppt: cū dicitur q̄ p/ vel ppt determinatiōnē volūtatis respectu a: foꝛe diuin⁹ intellect⁹ intelligit a. foꝛe dicit cm̄ modū ipropꝛie causalitatis in talib⁹ locutiōib⁹ apud doctoꝛes cōsuetū: in quo denotatur cōsequentia vni⁹ ad aliud cū cōnotatiōe cuiusdā prioritatis/ vel pstantie: que duo sunt de ratione cause respectu effect⁹. mō sequitur de⁹ vult a. eē futurū igitur intelligit a. eē futurū ⁊ indiffinitia vel descriptia resolutione vl tiata ei⁹ qō ē a. eē futurū. opz tādem necessario deuenire ad deum velle. Sed istud vltimum

dictũ est falsũ: qꝛ huius qđ est a esse futurũ nõ ẽ diffinitio vel descriptio cum sit oratio ĩfinitiui modi nõ supponens ꝑ aliquo. Item qꝛ si ei⁹ esset aliqua diffinitio vel descriptio: tñ in ea nullo mõ includeret deũ velle plus ꝙ deũ intelligere vel deũ esse: imo plus ꝙ chymerã currere. vt pꝫ intuẽti. Nec oppositũ sequitur ex dictis meis: vt ipse michi imponit ⁊c. ¶ Quarto respõdẽdo ad quartã rõnẽ supradictam dicit ꝙ ideo volũtas diuina est ratio cognoscendi diuino intellectui de a. esse futurum: qꝛ necessario exigitur ad a. esse futurum ꝙ de⁹ sit volitio respectu huius ex eo ꝙ sine hoc diuinus intellectus nichil est nat⁹ esse scire futurũ: ⁊ hoc oritur ex formali ratione habitudinis potentie volitiue ad intellectiuã. sicut patet cuilibet intuẽti notabile ꝑmissũ

C Sed istud nõ valet: qꝛ deus ẽ cognitio ꝙ a. peccatũ est futurum ⁊ tamen ad hoc ꝙ illud a. sit futurũ nõ est necessariũ ꝙ de⁹ sit volitio respectu hui⁹. cum scđm multos deus nõ possit velle peccatũ. Item qꝛ sicut diuin⁹ intellectus nihil est natus scire esse futurum nisi illud velit esse futurum scđm eũ. sic diuina voluntas nihil est nata velle esse futurum nisi illud sciat esse futurũ quare ex hac formali ratiõe habitudinis potentie volitiue ad intellectiuã non plus oritur ꝙ volũtas diuina sit ratio cognoscendi intellectui diuino ꝙ econuerso. Et sic pꝫ ꝙ ipse nõ sufficiẽter respõdet ad rationes meas. nec habeo respondere ad ipsas. nec possunt applicare contra causales quas concessi sicut cõtra suũ modũ loquẽdi vt ipse mihi imponit ⁊c. ⁊ hec dicta sint cum reuerẽtia. ¶ Ad secundam dubitationẽ respõdet. M. N. tenendo partẽ affirmatiuã. vnde in primo pricipio posuit istã cõclusionẽ: ꝙ respectu futuri cõtigẽtis a deo põt humano intellectui noticia creata ĩfallibilis cõmunicari. Sed cõtra hoc ꝓbaui in pmo pricipio meo triplicẽ ꝓpositionẽ: sed ne oporteat singula repetere punct⁹ nr̃e difficultatis potest reduci ad triplicẽ rõnẽ. ¶ Prima ratio fuit ista: quia ad hoc ꝙ aliqua noticia sit ĩfallibilis. requirit ꝙ nõ possit esse falsa: sed oĩs noticia creata iudiciaria respectu veri de futuro cõtingẽti põt eẽ falsa. Igit sua cõclusio est falsa. ꝯña pꝫ et añs ꝗ ad primã partẽ ꝑ quid nõis: sed quo ad scđam partẽ ꝓbatur qꝛ oẽ verũ de futuro cõtingẽti põt eẽ falsũ: ergo omnis noticia creata qua tale iudicat esse verum potest esse falsa. ꝯña pꝫ ⁊ añs. quia non stat ꝙ noticia aliqua sit iudiciũ falsi ⁊ nõ sit falsa. igit ⁊c. ¶ Ad istã rationem alias respõdet cõcedẽdo maiorem ⁊ negando minorẽ. ⁊ ad ꝓbationem meã quãdo dico ꝙ oẽ verum de futuro cõtingẽti ⁊c. cõcedit añs ⁊ quãdo infero. ergo omĩs noticia creata ⁊c. negat ꝯñam. ⁊ dicit ꝙ instantia est de noticia diuina ⁊ cum dico ꝙ non stat ꝙ aliqua noticia sit iudiciũ falsi ⁊c. cõcedit de noticia qua assentit falso ⁊c. Sed istam responsionẽ alias ĩpugnaui. Tũ primo: qꝛ instantia quã dat ad ꝯñam meam de noticia diuina non est ad ꝓposi

D Solutio 2. qstiõis

Pria rõ.

E

tium: q2 in ꝯñte ponitur noticia creata: vt excludat noticia diuina. Tū scđo. q2 responsio sua ad ꝓbationē ꝯñe nō sufficit q2 certū ē ꝙ nō stat ꝙ aliq̄ noticia sit iudiciū falsi quin ipsa assentiat falso: ꝛ ꝑ ꝯñs quin sit falsa: etiā scđm eū: quare ꝛc. Ad hec I quarto principio rñdit ꝙ non posuit illā instātiā de noticia diuina nisi ad ostēdēdū ꝙ non oportet ꝙ oīs noticia q̄ est respectu illius qđ potest eē falsū possit eē falsa ꝛ sicut hoc dicitur de diuina: ita ꝓbabiliter videtur sibi posse dici de noticia creata: ꝛ ita concedit ꝙ licet nō stet ꝙ aliqua noticia sit iudiciū falsi quin sit falsa tamē bene stat ꝙ sit iudiciū illi9 ꝙ pōt eē falsum: ꝛ non possit eē falsa: ꝛ loquitur de noticia creata. Sed contra istam solutionē arguo sic: q2 data quacunq3 noticia creata que fuit iudicium ꝙ antichristus erit. probo ꝙ sicut ipsa fuit iudiciū illius qđ pōt esse falsum ita potuit eē falsa. Nā bene sequitur: hec fuit falsa antichrist9 erit: ergo illa noticia creata qua assentiebat antichristum fore fuit falsa: ꝛ antecedēs ē possibile ergo et ꝯñs. quare sequitur ꝙ illa noticia non fuit infallibilis ꝛc. ¶ Secunda ratio principalis fuit ꝯtra scđm correlarium ꝑdicte ꝯclusionis in quo posuit ꝙ fidelis qui ex fide ifusa iudicauit vltimum iudicium fore potest hoc non iudicasse. Unde ꝯtra hoc arguebā sic q2 de nullo intellectu qui iudicauit antixp̄m vl' iudiciū fore cōcedendū est ꝙ pōt hoc non iudicasse nisi de illo de quo ista ꝯña est bona iste intellect9 sic iudicauit: ergo

A
2. ratio.

sic erit. sed de solo intellectu diuino ꝛ de nullo alio ista ꝯña est bona vt ptꝫ igr̄ ꝛc. Ad istā rationē alias respōdit. Et pmo dicit. ꝙ ista ꝓpositio nō facit ꝯtra correlariū suū q2 posuit illđ sic. vetula q̄ ex fide infusa iudicauit vltimū iudiciū fore pōt ex ea non sic iudicasse. et rō mea arguit ꝙ non pōt nō iudicasse qđ nō negauit. Scđo dicit ꝙ falsū ē illđ qđ assumo I illa ratiōe (scꝫ ꝙ de nullo itellectu nisi diuino ista ꝯña) ꝛc. Nam scđm ipsū illa est bona de intellectu xp̄i quia aliter falleretur. Cōtra quam responsionē alias arguebā. Et primo cōtra primū dictū. q2 quādo dicit ꝙ vetula ex fide ifusa potest sic nō iudicasse: vel itelligit ꝙ pt sic non iudicasse. ex fide eo scꝫ quia fides potest non eē fides. ꝛ tunc bene cōcedo. sed istud non sufficeret ad saluandum illā fidē esse noticiā ifallibilē propter quod tamē videt ponere illud correlariū. vel ipse intelligit ꝙ potest ex ea non iudicasse. q2 scꝫ illa fides potest non fuisse iudiciū: ꝛ tūc negarem istud. q2 sicut ipsa nō potest nō indicasse (sicut ip̄e videtur consentire) sic ip̄a nō potest nō iudicasse per illud iudicium. ¶ Secūdo contra scđm dictum. quia si de itellectu christi creato illa consequentia est bona. iste iudicauit antichristū fore. ergo antichristus erit tunc ex opposito cōsequentis infertur oppositū antecedētis. ꝛ per consequens sicut possibile est antichristū nō fore. ita possibile est animā christi nō iudicasse antichristū fore. Ad ista respondet n quarto principio. Unde quā B

do dico q ipse intelligit: q vetula et fide ifusa &c. vel qr fides potest non fuisse fides: vel qr fides pōt nō fuisse iudiciū. respōdet q neutrū oportet ipz dare. sz dicit q hoc est qr pōt nō fuisse iudicium illi⁹. Sed cōtra hāc respōsionem arguo sic. qr si illa fides potest nō fuisse iudiciū illi⁹ cui⁹ fuit iudiciū: sequit euidēter q pōt nō fuisse iudiciū. Nam si potest nō fuisse iudicium illius: et de facto nō fuit iudiciū alicui⁹ alterius nisi illius. sequitur q potest nō fuisse iudiciū. Nā oē iudiciuz est alicui⁹ iudiciū et p cōsequens sicut oportet dicere q illa fides nō potest non fuisse iudiciuz: ita nō potest non fuisse illius cuius fuit. Nam vtrūq est preteritum quorū neutrū plus dependet ex futuro q reliquū. sicut ptz cuilibet intuenti. quare &c.


C 3. ratio. ¶ Tertia ratio principalis fuit confirmatio precedentiū in qua pbabā q ista affirmatiua de preterito sit vera. hec vetula iudicauit iudiciū fore. ideo hec negatiua de possibili nō est concedenda. ipsa potest nō iudicasse &c. Dico enīz q hoc solum concedendum est de deo propter rationem alias tactā. Si aūt hoc concederetur de creatura pari ratione sustineretur q creatura que voluit a. potest non voluisse a. et ille qui peccauit potest non peccasse. et sic q preteritū potest non fuisse cōtra articulū paris. &c. Ad ista respōdet q istud nō facit contra eūz. qr ipse non dixit q vetula q iudicauit vltimū iudicium fore: possit nō iudicasse vltimū iudiciū fore (vt iam tactū est in predicta ratione) &c. Sed cōtra istam respōsionē pter rationē iā factā arguo sic. Nā ipse alias concessit q sortes qui vidit aliqd i verbo pōt illud nō vidisse sicut de⁹ pōt illō nō ostēdisse sz vidisse aliqd i vbo ē aliqd iudicasse. quare &c. Et hec dicta sūt cum reuerentia de secūda dubitatiōe: quare &c.

D Solutio 3. qstiōis ¶ Ad tertiā dubitatiōnē alias rñdi. tenendo partē affirmatiuā sub triplici ppositiōe. Et cōtra plura dicta mea multipliciť arguit magister Egidi⁹ in suis principijs. Sed ne oporteat singula repetere cū etiam ad plura illorū satis in alijs principijs sit responsum. Ideo hic solū causa breuitatis repetā pauciora. Igitur inter alia posuit cōtra me dict⁹ magister istā ppositionē. q ista ōña non valet. de⁹ vult aliquem obligari. igť illū imediate obligat: quā lz multipliciť pbauerit tñ ex cā copioso rationū exercitu solum tres eligo fortiores.

Pria rō. ¶ Prima igť fuit ista. qr stat aliquid a creatura potēte obligare pcipi et sic illō nō pcipi a deo igť &c. ōña tz vt dixi p descriptionē meā de obligari. et añs pbat. qr aliter ois obligatio eēt de iure diuino qd est falsū. quare &c. Ad hāc respōdi q nō stat aliqd a creatura potēte obligare precipi precepto iusto: et obligatorio. et illō non precipi a deo: ideo dicit xps loquens ad plātos qui possūt obligare subditos. Qui vos audit me audit. et qui vos spernit me spernit. Luce. x. Contra quaz solutionem ipse arguit quia q̄uis ita foret. non tamen deus immediate precipit. et sic p diffinitionem meam de obligari non immediate obligat. Item

apparet sibi q vtendo de prece pto sicut cuilibet videt sonare. assumptū est verum: quia preci pere est aliquid modo imperatiuo subdito dicere. vel demonstrare: modo hoc ē possibile de creatura: et nō de deo. Item tūc omnis volitio esset preceptum quod nō videtur proprie dictū. quis eñ quolibet creato intellectu ignorāte potest obligari. et tunc sibi nichil esset preceptū
B igitur etc. ¶ Sed hec faciliter et euidenter refelluntur ex illo quod dixi in declaratione tertie conclusionis primi principij (scz q isti termini preceptum prohibitio. cc nisi iū etc.) nō solum supponūt pro diuine volūtatis extrinseco signo. sed etiam pro ipsius actu intrinseco. Unde iste terminus preceptū non minus ppue supponit pro actu intrinseco diuine volūtatis quo precipit aliquid fieri. seu vult aliquid debere fieri q pro signo extriseco talis act⁹. et sic de alijs etc. Et ita si aliquis obligatur. deus illū immediate obligat: et illud qd obligatur immediate precipit. precepto scz sue voluntatis intrinseco. id est actu quo vult talem obligari seu aliquid debere ab eo fieri. et per tale pceptū posset creaturā obligare absqz quocūqz pcepto extrinseco siue a deo: siue a creatura dato. licet hoc non faciat cōmuniter sicut alias dixi etc. declara hec: et po-
B ne exemplū de concursu cause
ij. ratio. secūde etc. ¶ Secūda ratio sua fuit hec (que etiā in prima ratione sua aliqualiter tangebatur) quia nisi sua propositio esset vera. sequeretur q omnis obligatio foret de iure diuino etc. Ad hāc rñdi. pcedēdo q sicut ē aliqd dñiū ciuile qd nō solz dici de iure diuio ita etiā et aliq obligatio. qz scdz modū loquēdi cōmunem aliq obligatio vel aliquod dñiū nō dr de iure diuino: qa fit a deo approbāte. Nā sic qdlibz dñiū esset de iure diuino. sed ex alia radice hoc dicit. qre etc. Cōtra quā rñsionē ipe arguit q ipse hz ad minus quod ego cōtradico modo loquēdi etiā sine rōne cogēte. et vltra cōcedit michi q nō dr obligatio diuina qz precise a deo approbāte. sz qz ab eo obligāte vl ab eius lege. et illa ē ppria vtus sermōis. ex quo qd nominis concesso precedenti infert quod est aliqua obligatio. vel sibi alia causa quare obligatio aliqua dicat esse ab aliquo Sed hec omnia nego sibi. et ratio patet ex his que dixi in declaratione secūde propositiōis tertie conclusionis primi principij vbi distinctiones posui de signis diuine volūtatis obligatorijs quoz quedam sunt natu-
C ralia seu naturaliter habita de quib⁹ apostolus. Roma. ij. Gētes que legem nō habent naturaliter que legis sunt faciūt etc. Alia sunt supnaturalia siue supernaturalit data. sicut cēt lex moysi vl xpi. aut alia queuis signa diuine obligationis diuinitus inspirata. De quib⁹ loquit aplš. ij. Petri. i. Spūsctō ispirati locuti sunt sācti dei hoies etc. Dico g q aliq obligatio dr de iure diuio nō qz sit a deo approbāte vl obligāte. qa sic qlz esset de iure diuino. sz qa tale innotescet nobis p signa supnaturalit

et diuinitus inspirata sicut per scripturā legis xpi vel Moysi. Et sic Gracianus distinctiōe .i. vocat ius diuinū qd in lege. vel in euāgelio cōtinet. Et sic pz q ip.e male michi imponit q ego cōtradico modo loquēdi sine rōne. q̄re rč. ¶ Tertia rō fuit. q̄a multe sūt iniuste obligatiōes et q̄ sūt pctā in esse obligatiōis. g deus illis minime obligat. Ad hāc rñdi q nichil iniustum seu peccatū est lex obligās: sicut dixi in primo principio. Sed cōtra hoc ipse arguit quia stat q aliqua creatura se obliget alicui: et in se obligādo peccet. nā stat ipsam se obligare deo prohibēte: quo dato illa obligatio erit pctm: vnde arguitur sic. Deus nullum obligat obligatiōe que illi foret peccatū: sed stat q aliqua obligatio sit creature peccatū: ergo stat esse obligationē qua deus imediate nō obligat. ¶ Sed hic dico q illa ppositio (scilicet stat creaturam obligare deo phibente) ē truncata. Et dupliciter pōt intelligi: quia vl ipse intelligit q creatura pōt se obligare ad aliq̄d faciendū deo phibente ne illud fiat: et ad istū sensum faceret ad ppositū: sed ego nego. vel intelligit q pōt se obligare ad aliq̄d deo phibēte ne se obliget ad illud et adhuc istud ego nego: quo tñ ɔcesso adhuc nullū m iqueretur inconueniens ɔtra me. nā solū sequeret q deus vellet aliquem obligari ad aliquid ad qd ille seipsū obligaret obligatiōe q̄ eēt sibi pctm et deus illū obligaret obligatione q̄ eēt act⁹ intrīsecus sibi: hoc est p suū diuinū velle obligatoriū: nec istud videt impossibile: q̄re rč. Ad alias aūt rōnes satis arbitror fuisse responsū. sed magr meus nichil rñdit ad rōnē quam feci ɔtra p̄dictā ppositionē: probādo q illa ɔña sit bona quam negat: q: si nō: tūc oppositū consequētis staret cū antecedēte: et sic staret q deus vellet aliquem obligari: et tñ illū imediate non obligaret: qd ē falsū. q: sicut nō staret q de⁹ vellet aliq̄d fieri et tñ illud imediate nō faceret (aliter em̄ diuina volūtas nō eēt imediate efficax oīz u evelle fieri) ita in pposito. q̄re rč. Et hec cū reuerentia de tertia rč.



Uenam doctrina hec noua: Ista q̄stio mouet Marci .i. c. quā alias in eiusdem libri pncipio et silr in primo sniaꝝ exordio per me assumptam p themate iterum nunc resumo. Reuerendi patres magistri ac dñi carissimi sicut diuinis testimoniis edocemur. Cum ex primorum parētū miserabili per peccatū humanū genus multas incurrerit miserias et multiplicia dāna receperit. tñ (vt de ceteris taceam) quattuor specialiter incōmoda ipm videre possum⁹ incurrisse. ¶ Primo moriendi necessitatem ineuitabilem. ¶ Secundo peccandi infirmitatē miserabilē. ¶ Tertio exulādi egestatē lamētabilē. ¶ Quarto mēdicandi paupertatē despicabilem Peccauit em̄ adam et hinc fctm̄ est: vt hō qui manere poterat imortalis stipendia mortis acciperet. Ecce vn hoi moriendi ne-

cessitas. Peccauit adā et hic factū est vt hō q̄ fortis eē poterat infirmus fieret. Ecce vn̄ hoī pec cādi mirabilitas. Peccauit adā ꝛ hinc factū est vt hō isferni reci peret incolatū: ꝛ ifelici paradisū cōmercio cōmutaret. Ecce vn̄ homini exulādi egestas. Peccauit itaqꝫ adā/ ꝛ hic factū ē vt terra suos spōte fruct⁹ offerre parata: ꝛ q̄ (vt v̄bo Uirgilij vtar) oīa liberius nullo poscēte ferebat: nūc sterilis laboris vomere in spinas/ ꝛ tribulos fecūdetur. Ecce vn̄ homini mēdicādi paupertas. ¶ Sic igr̄ ꝓh dolor hō prius viu⁹ dotat⁹ vizere postea factus est mortalis seminis. Hinc est illud ꝑnū holem in hūc mūdū pctm̄ intrauit: ꝛ per peccatū mors. Ro. v. homo prius sanus ꝛ sine lāguore postea factus est debilis ꝛ infirmus. Hinc est illō Miserere mei dn̄e qm̄ infirmus sū sana animā meā: q̄a peccaui tibi ps. Homo prius ciuis vallatus honore. postea fact⁹ ē exul/ ꝛ peregrin⁹. Hinc est illud. Heu me: q: incolatus meus prolōgatus ē. ps. cxix. Homo p̄us diues et sine labore postea factus est paup ꝛ mēdicus. Hinc est illud. Pauper sū ego et in laboribus a iuuentute mea. ps. lxxxvij. Uidetis igit̄ videtis carissimi videtis ꝓh dolor hoīs miserabilē lapsū. Sz iā q̄so de repatione lapsi inuestigare nō pigeat. Queramus itaqꝫ ꝛ diligenter inquiramus doctrinā illā salubrē in qua ꝑtractet̄ de vita mortui de salute infirmi. de reditu exul. de causa paupis. ¶ Queram⁹ igit̄ inter doctrinas humanitus adinuētas si forte in eis illa poterit inueniri. Interrogem⁹ phīlosophos/ ꝛ medicos. politicos ꝛ causidicos consulamus. Et ꝓculdubio videbimus ipsos non posse nostre satisfacere q̄stioni. Inueniem⁹ siq̄dē q de vita mortui desperāt phisici: de salute ifirmi formidant medici: de reditu exul' silēt politici. de cā paupis tacēt causidici. Ab his itaqꝫ prorsus ꝯsulo recedēdū/ ꝛ de nr̄e solutiōe q̄stiōis nichil penit⁹ inq̄rendū. hoc q̄ppe nimis arduū ē negociū ꝛ nō nisi altiori e pediendū ꝯsilio. ¶ Queram⁹ igr̄ dilectissimi q̄ram⁹ int̄ doctrīas nō hūanit⁹ sz diuinit⁹ ispiratas Et p̄mū ad diuinā illā sed antiquā doctrinā moysi recurram⁹ Sane ineniem⁹ eā ꝯ ꝑmissa hominis incōmoda salubria ꝓmittere remedia: promittit eni mortuis adiutoriū. viuificabit nos inquit post duos dies et in tertia die suscitabit nos viuemus in ꝯspectu ei⁹. Osee. vi. Promittit infirmis sanatoriū. Sanabo inq̄t ꝯtritiones eoꝝ ꝛ diligam eos spōtanee Osee. xiiij. Promittit exulibus refugiū. Educā inquit oues meas de oīb⁹ ppl'is. et cōgregabo eas de vniuersis terris. ꝛ inducā eas in terrā suam. Ezech. 34. Promittit deniqꝫ paupib⁹ subsidiū Liberabit inq̄t dn̄s pauperē a potente/ et pauperem cui non erat adiutor ps. lxxi. Promittit ergo āt iq̄ doctrina moysi sz nō ꝑficit q̄ ꝓmittit: ꝛ si ad eas ꝑficit non tn̄ efficit: nec ea sufficit adimplere. Qm̄ vt docet ap̄ls lex illa moysi neminē ad ꝑfectū adducit. Iusticie aūt dei per fidem iesu xp̄i in oēs ꝛ sup oēs qui credūt i eū

hebre.vij. Jō dimissa antiq̄ doctria moysi ad nouā xp̄i doctrinā veniam⁹. ¶ Recurram⁹ igit̄
D carissimi ad nouā doctrinā xp̄i ꝛ certe inueniui⁹ eā p̄dicta remedia nō solū pmittere/ſꝫ pficere. nō solū pferre. ſꝫ offerre. Nā huius doctrie noue ſūm⁹ doctor ꝛ mgr̄ xp̄s tāq̄ imēs⁹ deus mortuos ſuſcitat. tāq̄ medicus pius infirmos viſitat. tanq̄ ꝯductor rectus exules reuocat. tāq̄ defenſor equ⁹ paupes ꝯuocat. Audiamus itaq̄ hunc doctorē ac magiſtrum noue legis euāgelice de vita mortui. de ſalute infirmi. de reditu exulis. de cā pauperis docentē ſalubriter ac fideliter informantē. Non deſperet inquit mortu⁹ in exitu ſuo. Ego ſū immenſ⁹ deus mortuos ſuſcitans. Ego inquit ſū reſurrectio ꝛ vita. q̄ credit in me etiā ſi mortuus fuerit viuet. Jo. xi. Nō trepidet īfirm⁹ in morbo ſuo. Ego ſum medic⁹ pius viſitans infirmos. Ego inquit miſſus ſum ſanare ꝯtritos corde Lu. iiij. Non formidet exul aut peregrinus i via ſua. Ego ſum ꝯductor rect⁹ exules reuocās. Ego inquit ſuꝫ via ꝛ nemo venit ad patrē niſi p me. Joh. xiiij. Nō heſitet pau p aut mēdicus in ſua cauſa. Ego ſū defēſor equus pauperes conuocās. Ego inq̄t miſſus ſū euāgelizare pauperib⁹. Lu. iiij. hec ſunt ergo dilectiſſimi hec ſunt q̄ chriſtus in doctrina ſua noua i lege euāgelica p̄dicat ꝛ docet. q̄ ſi homo diligēter ꝯſideraret ſane in admirationē rapitur ꝛ in admiratiue q̄ſtionis cogit̄ prorūpere verba dicens. Que nā doctrina hec noua? Que fuit queſtio vr̄is ꝑpoſita reuerentiis a pncipio. ¶ Ad quā q̄dē q̄ſtionē ſicut alias dicebat mgr̄ ſniarū E in quadripartito hui⁹ libri volumine ſub q̄druplici ꝯcluſione rn̄det. Pria eſt ꝙ hec eſt doctrina per quā ſumma dei miſteria ſecreti⁹ reuelant̄ in p̄mo. ¶ Secūda eſt ꝙ hec eſt doctrina per quā noua mūdi veſtigia ſubtilius declarant̄. in ſecūdo. ¶ Tertia eſt ꝙ hec eſt doctrina p quā mira verbi cōmertia ſublimius reſerantur. in tertio Quarta eſt ꝙ hec eſt doctrina p quā pia lapſi remedia ſuauius ꝑpinant̄: in quarto. Per ipſam nāq̄ reuelātur ſecretius velata miſteria ſumme trinitatis: quo ad p̄mū. Per ipſam declarant̄ ſubtilius creata veſtigia noue entitatis: quo ad ſecūdū. Per ipſam reſeruantur ſublimius ſacrata commercia mire charitatis: quo ad tertium. Per ipſam ꝑpinantur ſuauius oblata remedia pie ſanitatis quo ad quartum. Nam in hoc quadripartito ſententiarum libro tractat magiſter quadruplex doctrie xp̄i noue ꝛ euāgelice legis archanum euangeliſte Johanni diuinitus inſpiratum. ¶ Primum eſt. in principio erat verbū ꝛ verbū erat apō deum ꝛ deus erat verbū. quod F eſt vere trinitatis ſummū miſterium: in primo libro. ¶ Secūdū eſt ꝙ oia per ipſum facta ſunt ꝛ ſine ipſo factū eſt nichil. qḋ eſt create entitatis nouū veſtigiū: in ſcd̄o libro. ¶ Tertiū ē ꝙ verbum caro factū eſt qḋ eſt diuine charitatis mirū cōmerciū: in tertio libro. ¶ Quartum eſt ꝙ habitauit in nobis. ꝛ vidimus glo

riam eius.qd est humane sanitatis pium remedium: in quarto libro. Sic igitur per hac doctrinam altius erigitur human9 pspectus: quo ad primu. Dulci9 instruitur human9 aspect9: quo ad secudum. Rectus dirigitur human9 pfectus: quo ad tertiu Mitius corrigitur humanus defectus: quo quartum. Nam in hoc sniarum libro correspondeter ad premissa. Ad erigendum prospectu hois agit de cognitione dei pfecti luis.in pmo. Ad instruedum aspectuz hois agit de creatione mudi pfecti germinis in secudo. Ad dirigendu pfectu hois agit de comunione vbi effecti numinis in tertio. Ad corrigendu defectu hois agit de curatioe lapsi infecti seminis: i quarto. Hec sunt igitur quattuor coclusiones ad ppositam questionem responsales quas magister
A sniarum ptractat. ¶ De quaru
4 9clsio quarta nunc solu dicedum e. ex-
gnalis. peditis alijs suis locis. ¶ Quarta igitur coclusio est huic quarto libro sententiarum correspodes q hec est doctrina p quam pia lapsi remedia suaui9 propinatur. Per eam nanq ppinantur suaui9 oblata remedia pie sanitatis. Nam in hoc quarto sniaz libro tractat magr illud doctrine xpi noue et euangelice legis archanu euagelliste iohanni diuinitus inspiratum. Jo.i. Habitauit in nobis et vidimus gloriam eius.qd est humane sanitatis pium remedium. Ubi qso videte carissimi circa remediu pie sanitatis quattuor suaui9 ppinari. Primu est diuina benignitas que habitauit in nobis (scz per gratia.) Secudum est curata infirmitas que erat in nobis (scz p culpa) ¶ Tertiu e restaurata sanitas qa vidimus/ qui pmo ceci eramus. ¶ Quartuz est collata felicitas qz vidim9 gloriam eius quam desideramus. Hec est ei hui9 quarti libri setentiaz pncipalis materia et snia generalis. Sic igit per hac doctrinam miti9 corrigit human9 defect9. Na magr in hoc quarto ad corrigendu defectu hois agit de curatione lapsi infecti seminis ostendens qtum ebetudo pinitit humana qualiter man9 deignissima creatoris p ipsius curatione hominis infecti seminaliter: corrupti actualiter. pcussi spualiter: lesi corporaliter. lapsi culpabiliter: ac danabiliter vulnerati: pias sacramentorum exhibuit medicinas. Hec est itaqz quarte conclusionis sententia: hec est hui9 quarti libri sniarum doctrina per qua humani corriguntur defectus tam originalis qz actualis peccati: per qua infirmitates curantur humane ta culpabiles qz penales. vt tande homo oi prorsus infirmitate semota: perfecta eterne glorie recipiat sanitate. Ad qua nos peruenire concedat. qui sine fine viuit et regnat. ¶ Juxta thema col B
lationis in primo pncipio meo tale formaui titulu questionis vtru doctrina xpi noua sit lex pfectissima. Et qa pfectio legis xpi ex quattuor specialr pot declarari. ¶ Pmo ex pfectioe pceptoz q ab ipsa iubent. ¶ Scdo ex pfectioe credendoz q in ipsa docent. ¶ Tertio ex pfectoe meritoz q sub ipsa habent ¶ Quar

to ex perfectione premioqꝫ que ex ipsa debētur. Ideo iuxta hec quattuor pūcta titulus ꝓposite q̄stionis diuisus fuit in quattuor ptiales titulos circa quattuor libros sniarū ptractandos Primꝰ erat. vtrū lex xp̄i sit in preceptis rectissima. Secūdus erat. vtrū lex xp̄i sit in credēdis certissima. Tertiꝰ erat vtrū lex xp̄i sit in meritis ḡtissima. Quartꝰ erat vtrū lex xp̄i sit in p̄miis iustissima. Unde sub his quattuor titulis in quattuor libri sniarū principiis quattuor difficultates ꝓposui pertractare. Prima erat de legis xp̄i ꝛ diuine volūtatis recta cōformitate. Secūda erat de legis xp̄i ꝛ sue veritatis certa ꝓbabilitate. Tertia erat de legis xp̄i meritoria credulitate. Quarta erat de legis xp̄i premiatoria equalitate. Expeditis igitur duobꝰ primis titulis in aliis principiis (ꝛ reseruato tertio) restat nunc expedire quartum.

C 4. q̄stio. Ar. i. ¶ Queritur igitᷣ vtrū lex xp̄i sit in p̄miis iustissima. Et arguitur p̄mo ꝙ nō. q: illa lex nō est in p̄miis iustissima que tribuit malis maius supplicium q̄ꝫ bonis p̄mium. sed lex xp̄i est hmōi igitᷣ ꝛc̄. Maior patꝫ. q: lex iustissima debet esse mitis ꝛ pronior ad premia q̄ꝫ ad supplicia. Sed minor probatᷣ. q: lex xp̄i tribuit malis suppliciū qḋ est maius malum q̄ꝫ premiū beatificū sit bonum. qḋ declaro sic: q: secundū legem xp̄i duplex est pena malorū scꝫ pena dāni ꝛ pena sensus. Unde xp̄s Math. xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternū. Ubi p̄mo tangitᷣ pena dāni q̄ est priuatio premij beatifici cum dicit discedite a me maledicti. Secundo tangitur pena sensus que est afflictio infernalis tormēti. cum dicitᷣ. in ignem eternū. sꝫ sola pena damni siue priuatio premij beatifici est tam mala q̄ꝫ bonuꝫ est ipsum premium beatificū: q: malicia alicuius priuatiōis. nō pōt mēsurari nisi ex quantitate boni qḋ ipsa priuat. et per ꝯn̄s vtraqꝫ pena simul est maius malū q̄ꝫ p̄miū beatificū sit bonum quare. ꝛc̄. In oppositū arguitᷣ q: iustissimi legislatoris dꝫ esse lex in penis ꝛ premiis iustissima sꝫ xp̄s fuit pfectissimꝰ legislator ꝛ oim legislatorꝫ iustissimꝰ. Nā scd̄m ap̄lm lex Moysi neminē ad perfectionē iusticie adduxit. Iusticia aūt dei per fidem Iesu xp̄i in omnes et super om̄s qui credunt in eū ad hebre. 7. igitᷣ ꝛc̄. In op= positū.

¶ In ista q̄stione erunt duo articuli. Primus erit responsiuus. secūdus erit collatiuus. In primo declarabo tres cōclusiones. in secundo mouebo tres dubitationes. Decisio q̄stionis ¶ Quantum igitur ad primū articulū respondebo breuiter ad quesitum tenendo simpliciter partē affirmatiuā q̄stionis. pro qua ad presens sufficit ratio post oppositum. sed pro solutione rōnis ante oppositum pono aliquas ꝓpositiones. Uñ circa materiā ipsiꝰ p̄mitto breuiter tres conclusiones. D i. articu. ¶ Prima est ꝙ tota pena dānati siue punitio ꝓ actu demeritorio mortali non est maius malum q̄ꝫ sit bonum totum premiū beatificū alicuius saluati ꝓ actu meritorio equali. i. ꝯclusio Ista conclusio patet ex iusticia legis christi. qui cum sit mitis in penis: ꝛ in premiis

liberalis nō dʒ eē abūdātior in seueritate penaꝝ q̄ȝ in suauitatem premioꝝ. igit̄ ꝛc. ¶ Secunda cōclusio est ꝙ nulla pena cōtracta siue deordinatio culpe vł peccati est mai⁹ malū q̄ȝ sit bonū totū p̄miuȝ beatificū ꝓ actu meritorio sibi correspōdente seu proportionabili. Ista conclusio patȝ ex prima q: oīs talis culpa vel peccatū seu deordinatio culpabilis est partialis pena ipsi⁹ damnati seu peccantis. iuxta illud vulgatū verbum ex libro cōfessionum Augustini. Iussisti dn̄e ꝛ ita factū est vt pena sit sui ipsius oīs inordinat⁹ animus. ꝛc. ¶ Tertio cōclusio est ꝙ sola pena damni siue priuatio p̄miū beatifici nō est tā malū q̄ȝ bonū est totū p̄miū beatificū correspōdens ei. Ista conclusio pȝ ex prima sicut et precedēs. Sed tunc qn̄ arguitur oppositū per hoc ꝙ malicia alicuius priuationis non pōt mēsurari nisi ex q̄ȝtitate boni qđ ipsa priuat. pro quo videtur facere Anselm⁹. ij. Cur deus homo. c. xiiij. dicēs. ꝙ om̄e bonū tā bonū est q̄ȝ mala est ei⁹ corruptio pro isto dico aliquas ꝓpositiōes. ¶ Un̄ p̄mo dico ꝙ lȝ q̄ȝtitas boni priuati sit potissima mensura malicie ꝓuationis talis boni: tn̄ non sequitur ꝙ q̄ȝ bonū est illud tam mala sit eius priuatio: ꝛ hoc si ly tantū ꝛ quātum notent equalitatem. ¶ Secūdo dico ꝙ illud est verū si ly tantū ꝛ quantū notent ꝓportionē. ita ꝙ ꝓportionabiliter et ceteris parib⁹ omissio seu priuatio maioris boni quando deberet haberi est peior omissiōe seu priuatione minoris boni. Exē-

2. ꝯclusio (margin, beside "da cōclusio")

3. ꝯclusio. (margin, beside "ꝛc. ¶ Tertio cōclusio")

A 1. ꝓpō. (margin, beside "corruptio pro isto dico")

B 2. ꝓpō. (margin, beside "tum notent equalitatem")

plum. pfectior intellectus ceteris parib⁹ pōt habere imꝑfectiorē intellectionē respectu eiusdē obiecti. Et cōmuniter ex quātitate effectuū p̄cedentiū ex causis suis scđm vltimū potētie mēsuratur quātitas ꝟtutis in causis. tn̄ nō oportet effectū equari sue cause. silr̄ ꝓuatio boni act⁹ meritorij quādo quis non tenet ad illū. ꝛ cū multum meretur in habendo ipsum nullo modo est culpabiliter mala. ergo a fortiori huius priuatio potest eē modicum mala. licet positio omissi esset valde bona et meritoria.

¶ Tertio dico ad auctoritatem Anselmi ꝙ ipe non loquitur de pura priuatiōe boni. sed de eius corruptione. Generatio autem ꝛ corruptio sūt cōtraria ꝛ nō solū priuatiue opposita modo de contrarijs bene concedo assumptū. sed nō de priuatiue oppositis. Uerbi gratia. dico ꝙ cecitas non est ita mala sicut vis⁹ est bonus. imo si visus haberet cōtrariū illđ eēt pei⁹ q̄ȝ cecitas. et tn̄ nō esset pei⁹ q̄ȝ visus esset bonus Similiter pura priuatio delectationis non est ita mala sicut illa delectatio est bona. sed tristicia ei contraria et equalis in gradu esset tam mala ꝛ illa est magis mala q̄ȝ pura priuatio. Sic etiā nō diligere deū quando quis ad hoc tenetur non est ita malū sicut diligere deum est bonum. sed odire deum est maius malum q̄ȝ diligere deum sit bonum. aliter nullus posset ita bene facere sicut alius male. quare ꝛc. ¶ Quarto dico ꝙ licȝ pura priuatio non sit ꝓprie tanta et quanta. tamen communis

3. ꝓpō. (margin, beside "¶ Tertio dico ad auctoritatem")

4. ꝓpō. (margin, beside "quare ꝛc. ¶ Quarto dico")

ter loquendo est tāta in omissio ne debiti quāta est positio omis si. Et hoc nichil aliud est dicere nisi tātū ꝙ bonū deberet fieri ꝛ nichil ei⁹ fit. sed ex hoc nō seq̄tur ꝙ ꝗ tā ma'a sit vel tā grauis cul pa ꝗ̄s bonū eēt vl' meritoꝛiū illd̄ qd̄ omittitur. Sic ꝗ̄ ē i ꝓposito. quare ꝛc̄. Et licet circa istā ma= teriā multa possent dici. ꝛ ex di= ctis multa inferri: tñ ꝓnunc bre uiter transeo. Et hec de pꝛimo articulo.

C ij. arti. ¶ Quātū ad scd̄m arti culū ad habēdum collationē cū aliquibus re. ma. meis mouebo tres dubitatiōes.

i. q̄sti. ¶ Pꝛima erit. vtrū volūtas diuina sit diuino intellectui ratio cognoscēdi seu essendi respectu alicuius veri.

ij. q̄stio. ¶ Secūda vtrū voluntas diuia sit vel possit esse creato intelle= ctui causa infallibilis iudicij re= spectu ꝯtingētis futuri.

3. q̄stio ¶ Ter tia erit vtrum volūtas diuina sit creature rationali pꝛima lex si= ue regula obligandi respectu cu iuslibet ad ea debiti fieri.

D Solutio pme q̄st. ¶ Ad pꝛimā dubitationem re= spondet magister Guil. tenendo partē affirmatiuam. vnde in pꝛi mo pꝛincipio posuit istd̄ coꝛrela riū ꝙ ꝗ̄uis diuinus intellectus assentiat ꝙ antixp̄s erit pꝛecise ꝓpter determinationē volunta tis. tamen hoc nō potest compe tere intellectib⁹ creatis. Pꝛimā partē pꝛobat. quia per determi nationē diuine voluntatis ali= quid ponitur in esse futuri. i. ꝛit per illam habet cognosci esse fu rum a diuino intellectu. ꝛ sic in hac parte concedit ꝙ diuine vo luntatis determinatio est ratio cognoscendi intellectui diuino. Scd̄az partē ꝓbat. q꞉ intellectui creato volūtas nō pōt eē ratio assentiēdi alicui vero. ꝛ ꝑ conse= quēs nec ei⁹ determiatio ꝛc̄. Sꝫ cōtra istā respōsionē arguebaꝫ in pꝛimo p̄ncipio meo: et pꝛimo contra pꝛimam partem que est directe responsiua ad pꝛedictaꝫ dubitationem posui tunc tripli cem ꝓpositioneꝫ.

E i. ꝓpo. ¶ Pꝛima erat ꝙ sicut diuine voluntati nichil est causa essendi sic diuino intel lectui nichil est causa siue cau= salis ratio cognoscendi. pꝫ quia cum in deo sit idem penitus et omnino esse / velle / ꝛ intelligere sicut nichil ē sibi causa siue cau salis ratio essendi. sic nec volen di aut intelligendi.

F ij. ꝓpo. ¶ Secunda fuit ꝙ sicut diuina volūtas nul lam habet rationem ꝓpter quā determinetur vt velit: sic diuin⁹ intellectus pꝛopter diuine vo= luntatis determinationem non assentit ꝙ antichꝛist⁹ erit. Pꝛi= ma pars patet ex dictis. Secun da pars sequitur ex pꝛima per si mile. Secundo pꝛobatur. quia aliter sequitur ꝙ diuine volūta tis determiatio eēt intellectui di uino causalis ratio assentiendi ꝙ antichꝛistus erit. falsitas con sequentis pꝫ ex dictis. Sed cō= sequentia tenet quia ista dictio pꝛopter dicit habitudinē causa lem vt clarum est ꝛc̄. Tertio ꝓ= batur. quia aliter seq̄tur ꝙ ista ꝓpositio causalis esset vera. q꞉ diuina volūtas vult ꝙ antixp̄s erit diuinus intellectus assentit ꝙ antichꝛistus erit. ꝯsequentia patet. sed falsitas consequentis patebit. Unde pꝛo isto ꝛ contra pꝛedictum fuit hec tertia ꝓposi tio.

G 3. ꝓpo. ¶ Nulla ꝓpositio causalis cui⁹ ꝯñs significat tanꝗ̄ signifi

catum totale deũ velle: aut in-
telligere est vera ꝓpriae: pꝫ q̃a
ad virtutem ꝓpositiõis ꝓpriae
causalis req̃rit ꝙ illa eẽ sicut si
gnificaẽ per añs sit cã quare na
eẽ sicut significaẽ per ꝯñs: mo-
do ista nõ põt esse in ꝓposito ⁊c.
vt pꝫ ex dictis. Ex his ꝫ patꝫ ꝙ
rõ dicti magistri nõ valet: quan
do ipsa dicit ꝙ ꝑ determinationẽ
diuine voluntatis ⁊c. igitur per
eam ⁊c. Unde nego añs ꝯñam ⁊
ꝯñs ad intellectũ quē intendit
B iste magister. ¶ Dixi ergo pⁱo
ꝙ antecedẽs de virtute sermõis
est falsũ q̃a illa ratio esse futuri
pro nullo supponit plusq̃ ista
esse nichili vł chymere vel hirco
ceruí. ideo per nullam causam
ponitur aliq̃d in esse futuri. Se
cundo dixi ꝙ añcedẽs est falsũ
ad sẽsũ quẽ itẽdit iste magister.
Intelligit eñ ꝙ determinatio
diuine volũtatis est causa ꝙ ali
quid est futurum: sed ostendi ꝙ
hoc est falsum ⁊c. Tertio dixi ꝓ
supposito ꝙ illud añcedens essꝫ
verum ad predictũ sẽsum: tamẽ
ꝯña non valet intelligendo ꝯñs
ad sensum quẽ intendit iste ma-
gister: quare ⁊c. Sed ad hoc bre
uiter respondet dicendo ꝙ ego
laboro secũ in equoco: pro quo
premittit ꝙ ista dictio ꝓpter nõ
semper denotat causalitatẽ pro
prie dictam vnius rei ad aliam
vt cũ dr̃ ꝙ corpus aiatũ est aĩal
q: sensitiuũ. Et cũ dicũt docto-
res ꝙ ꝓpter immensitatẽ ⁊ illi-
mitationẽ diuie nature sine ra-
tione hui⁹ illimitatiõis oꝫ de-
um esse ꝑsonaľr trinũ: nõ ꝙ ibi
sit aliqua causalis ratio seu rea
lis deri¦uatio vni⁹ realitatis ab
alia. Sꝫ q̃cq̃d sit de istꝫ exẽplis:
q: pⁱmũ est falsũ/⁊ scd̃m est dubi
um: tñ ꝯcordo secũ in illo dicto
pⁱam ulo ⁊c. ¶ Scd̃o dicit ꝙ il- B
la dictio ꝓpter q̃nq̃ denotat il
lationẽ vnius ex alio cũ cõnota
tiõe cuiu[s]d̃ã ꝯstãtie/vł doctrine:
scd̃m nr̃m modũ ꝯsiderãdi. vt cũ
q̃ritur ꝓpter quid res aliqua ẽ
talis: vł que est ratio essendi eã
talem: non enim queritur ibi q̃
sit causa realis que facit eam es
sentialiter talem. Et quicq̃d eti
am sit de isto exẽplo cõcordo tñ
secum in isto dicto. Tertio ap-
plicando predicta ad ꝓpositum
dixit ꝙ quia non sequitur diui-
na natura est immensa vel om-
nipotẽs. igitur ipsa est assensus
ꝙ a erit: sꝫ bene sequitur est vo
litio ꝙ a erit. igiť scit ꝙ a erit ⁊
esse libere volitiuũ dicit magis
ꝑfectionem simpliciter q̃ꝫ eẽ in
tellectiuũ: vt dicũt multi: quia
ad ipsum ordinatur esse intelle-
ctiuum tanq̃ꝫ deseruiens. ideo
natura diuina est assensus ꝙ a
erit. eo ꝙ ipsa ẽ volitio ꝙ a erit
Sed quicquid sit de antecedẽte
ostendam ꝙ illud nõ sufficit ad
veritatẽ illius causalis. Quar
to iuxta predicta ponit talem ꝓ
positionem ꝙ respectu cuiuslis
bet denomiuationis vel p̃dica-
ti nõ gñalissimi est aliq̃d p̃dica-
tũ causale scd̃m modũ loquẽdi
methaphisicũ vł logicũ assigna
re. pꝫ: q: cuilibet tali correspon
det aliq̃d genus ⁊ differẽtia si-
ne q̃bus illud cõplete ꝯcipi non
põt. et ad talẽ intellectũ diuina
volitio ꝙ a erit est ratio intelle
ctui diuino assentiẽdi ꝙ a erit.
q̃a ly volitio respectu a est de-
noiatio non generalissima. igiť
⁊c. Et quia omẽs rationes rate

ɔtra p̄mā p̄tē correlariū̄ p̄cedūt vt ōt de cāusalitate alia a p̄dicta: quā null⁹ poneret int intellectū diuinū ⁊ volūtatē ei⁹. iō nō op; dicere ad eas ⁊c. ¶ Sed q̄cquid sit de predicta ꝓpositione ⁊ ei⁹ probatione que non videt͂ michi vera cum non quodlibȝ p̄dicatum non ḡnalissimū et maxie tale predicatū intellectus diuinus/ vel voluntas diuina habeat genus et differentiam ꝓprie dictam. ex eo q̄ differentia talis semper supponit pro aliquo cōposito connotando aliquā eius partem essentialē. ideo cū̄ differentia predicatur in quale scd̄m verā logicā et methaphisicam tñ non stando in hoc ostendo q̄ iste modus respondendi nō sufficiat. ¶ Primo sic q̄ dictus magister ꝓbabat primā partē correlariū sui per hoc quia per determinationem diuine voluntatis aliquid ponitur in esse futuri. igitur per illam habet cognosci esse futurum a diuino intellectu sed in antecedente ly propter nō solum dicit prioritatez secundū modum nostrum concipiēdi: vl' cognoscēdi: sed aliā causalitatē igitur et in consequente eodem modo debet capi ⁊c. ¶ Secundo confirmatur: quia in materia de qua loquimur sicut cū d͂r deus intelligit per ideas vt qñ iste magister dicit q̄ diuin⁹ intellectus assentit q̄ a. erit propter determinationem voluntatis. li. per/ vel li propter non pōt capi nisi altero istoꝝ modorum scȝ vel prout notat circumstātiā cause motiue seu effectiue. sicut cū dicimus q̄ aīa intelligit per habitū vel circūstantiā potētie intellectiue. sicut cū dicimus q̄ hō intelligit p intellectū. vel put dicit circūstātiā formalis noticie. sicut cū dim⁹ q̄ hō intelligit p suā cognitionē. vl' put notat circunstātiam obiecti mediantis sicut cum dicim⁹ q̄ hō intelligit deum in via per quēdā ɔceptū sibi ꝓprium. vel put notat circunstantiam obiecti īmediate terminātis. sicut cū dicimus q̄ homo videbit deū ī patria per suam essentiaȝ: sȝ nullo predictoꝝ modoꝝ pōt intelligi illud dictū vt potest faciliter ostendi inductiue. Igitur illud non est verum nisi valde improprie. ¶ Tertio sic. quia non sufficit dicere q̄ li per/ vel li ꝓpter notet ibi illā ꝓprietatē ɔsequētie siue nostri modi intelligēdi. Tum quia istud videretur improprie dictum q: talis modus concipiendi esset fictus nisi sibi correspōderet aliqua prioritas ex parte rei quod non potest dici cum inter intellectum ⁊ volūtatē dei nulla possit p̄oritas seu q̄uis distinctio ex parte rei assignari. Igitur non est verū q̄ sua volitio sit ratio assentiēdi intellectui diuino plusq̄ȝ econuerso ¶ Quarto sic: aliquid esse rōnē quare aliq̄d ɔuenit alicui non pōt intelligi nisi dupl'r. s. vel q: primo ɔuenit illi ⁊ iō ɔuenit alteri. sicut aīa est ratio q̄ homo est susceptibilis disciplīe. q: hoc p̄mo ɔuenit aīe. ⁊ ideo ɔuenit hoī. vl' q: nō cōuenit sibi primo. ipsū tñ necessario exigitur ad hoc q̄ cōueniat illi. et hoc pōt esse dupl'r vel q: ipsū est causa illius qd̄ cōuenit alteri: sicut aīa est ratio quare hō mouetur: nō q: primo

moueatur.sed q: est causa mot⁹ sui: vel q: ē aliqđ importatū per illud qđ cōuenit illi: siue de illo p̄dicat.sicut tā forma q̄ʒ materia ē ratio quare ꝯpositū ē corruptibile q: per hoc p̄dicatum corruptibile tā materia q̄ʒ forā importat .vt ptʒ ex qd nois. sed duob⁹ p̄mis modis nō pōt intelligi determinationē volun atis dei esse sibi rationē eēndi vt clare ptʒ. Nec etiā tertio modo qđ p; sic.q: illo modo nūq̄ʒ.a. ē rō ꝙ b.conueniat ipi.c.nisi inter.a b.ꝛ.c.sit aliqua distinctio qđ nō est in proposito.nisi forte dicat iste magister sicut scotus ꝙ ibi est distinctio formalis: et ꝙ determinatio volūtatis est ipi deo ratio assentiendi alicui ꝯtingenti vero per hunc modum scʒ q̄a diuinus intellectus in primo instanti offert volūtati simplicia illius complexi quoꝝ vnio ē cōtinens in re / aut si offert cōpletionem offert eā tanq̄ʒ neutraʒ sibi.et in secundo instanti volūtas eligens vnā partē (scʒ cōiūctionē illoꝝ) facit illud determinate esse veꝝ.ꝛ sic est intellectui diuino ratio cognoscendi illud veꝝ ꝛc̄. Sed q: istū modū nūq̄ʒ ponit iste magister.iō nō arguo contra hoc.sed ex p̄dictis infero ꝙ suus modus dicendi nō sufficit/nisi ꝯcurrat in hoc.quare ꝛc̄

A ¶ Uerum est qđ cōtra scđaʒ ptē correlarij sui arguebā ꝙ illa nō sit vera: vel saltē qđ nō sit concedēda sʒ dubitāda. Et arguebaʒ sic de⁹ pōt facere aliquē intellectum reatū talis cōditiōis ꝙ ex determinatiōe volūtatis sufficiet assentire q̄buscūq̄ʒ veris sibi ꝓpositis.igit̄ sic assentire pt cōpetere intellect⁹ creatis. ꝯña est euidēs/ꝛ añs ē sibi dubiū.q: nō apparet ꝙ talē intellectū a deo fieri implicet ꝯtradictionē. ꝛ si dicat ꝙ sic ondat rationem Igit̄ ꝯñs nō est ab eo negandū ꝛc̄. ¶ Ad hoc rñdet negādo assūptū q: impossibile ē esse aliquā creabilē rōnalē creaturā volitiuam de qua nō possit simul stare ꝙ eēt volitio ꝙ .a erit erit et tñ ꝙ a non erit. Igit̄ nullus talis volitio pōt eē sibi rō infallibilis sciendi ꝙ a.erit quēadmodū est in deo.ꝛ sic añs non ē dubiū sicut dixi.sʒ implicat ꝯtradictionē nec oppm̄ ꝓbaui. q̄re ꝛc̄ Sʒ hec rñsio nō sufficit imo variat a ꝓposito. q: tūc ipe nichil dixit de rōne infallibili cīēdi.sʒ p̄cise posuit in suo correlario ꝙ in intellectu creato volūtas seu volūtatꝭ determinatio nō pt eē ratio assentiendi alicui vero. hoc aūt de facto ē falsū q: sepe hui⁹ determinatio ē causa efficiēs.et si nō totalis tñ partialis assensus seu credulitatis.sicut patet de assensu fidei per experentiaʒ et per sanctoꝝ doctrinā. Aliter eīn quid sibi vult illud dictū cōmune Augusti et alia similia.

Cetera pōt hō nolens. credere aūt non nisi volens. Igitur seq̄tur ꝙ non ita ꝓprie potest dici determinationē voluntatis esse rōnē assentiēdi intellectui diuino sicut intellectui creato. cum nō sit illi sicut isti causalis ratio Quare ꝛc̄. Et hec de p̄ma dubitatione dicta sint ꝯtra istū reuerendū mgr̄m ꝛc̄. ¶ Ad scđaʒ dubitationē rñdet magister. N. tenēdo partē affirmatiuā. Un̄ in p̄mo ꝑncipio posuit istā ꝯclusio

B Solutio scđe questionis.

nem. q respectu futuri contingētis a deo potest hūano intellectui noticia creata infallibilis cōmunicari. Quā pbat. qz hoc fieri nō implicat ɔtradictionem Igit̄ rc̄. imo videt̄ cōsonū dicere q talē habuerit xp̄s r q quelibet ppheta sit talis noticia. ¶ Sed contra istā rn̄sionē posui in primo principio pbabilit̄ triplicē ppositionē. ¶ Prima ē q solus diuin9 intellect9 respectu veri de futuro ɔtingenti potest eē noticia infallibilis iudiciū. Et prima pars affirmatiua hui9 exclusiue satis patet. Sed pars negatiua ɔtra eū pbatur sic. qa ad hoc q aliqua noticia sit infallibilis requiritur q nō possit eē fl̄a. sz oīs noticia creata iudiciaria respectu veri de futuro ɔtingenti pōt esse falsa. igitur rc̄. Cōsequentia patet r antecedens quo ad primā ptē per quid nom. nis. sed quo ad secūdam probatur. quia omne verū de futuro contingenti potest eē falsū. ergo omnis noticia creata qua tale iudicatur esse veruz potest eē falsa. consequens patet. et consequentia tenet. quia non stat q noticia aliqua sit iudicium falsi et non sit falsa. Ad istam rationem respōdet concedendo maiorem. et dicit q minor potest esse falsa et per consequens eam negat. quia cum sit de possibili si sit vera ē necessaria. et per cōsequens non potest eē falsa. Et tunc ad pbationem meam quando dico. omne verū de futuro rc̄. concedit añs. r qñ infero. ergo omnis noticia creata rc̄. negat ɔñam. r dīt q instantia est de noticia diuina. Et cuz dico q nō stat q aliqua noticia sit iudiciū falsi rc̄. ɔcedit de noticia qua assentit̄ falso. r sic negat meā primā ppositionē. Sz ista rn̄sio nō valet. Tū p̄io. qa instantia quā dat ad ɔñam meam de noticia diuina nō ē ad positū. quia in consequente ponitur noticia creata vt excludatur noticia diuina. Tū scd̄o. qa responsio sua ad probationem consequentie non sufficit. quia certum est q non stat q aliqua noticia sit iudiciū falsi quin ipa assentiatur falso: et per ɔñs q̄n sit falsa etiam sm̄ eū. quare rc̄. ¶ Secūda propositio fuit q solus diuinus intellectus aliquid potest non iudicasse qd̄ iudicauit fore. et prima pars affirmatiua exclusiue patet. quia deus iudicauit ab eterno antixp̄m fore. et tamen pōt hoc nunq̄ iudicasse sicut possibile est antixp̄m non fore. Sz pars negatiua exclusiue. s. q hoc nō conueniat alicui intellectui nisi diuino. negatur ab eo. Unde in secundo correlario predicte cōclusionis ponit. q fidelis q̄ ex fide infusa iudicauit vltimū iudiciū fore pōt hoc non iudicasse. qd̄ probat q̄a cū hoc q iudicauerit rc̄. pōt vltimū iudiciū nō fore. r si nō erit ergo ex fide infusa false iudicauit. quod non est dicendū. cū fidei nō subsit falsū: aut dabitur correlariū suū esse verū rc̄. Sed cōtra hoc arguebā sic. qz de nullo intellectu qui iudicauit antixp̄m vel iudiciū fore. cōcedendū est q potest hoc nō iudicasse nisi de illo de quo ista consequentia est bona. Iste intellectus sic iudicauit: ergo sic erit. sed de so

C
i. propō.

D
ij. propō.

lo intellectu diuino et de nullo alio ista consequentia est bona. vt patet igitur &c. Ad istā rōnē respondet. et primo dicit. ꝙ ista ꝓpositio nō facit cōtra correlariū suū. qꝛ posuit illud sic. vetula que ex fide infusa iudicauit vltimū iudicium fore potest ex ea non sic iudicasse. ꝛ ratio mea arguit ꝙ nō potest non iudicasse. quod nō negauit. Scdo dicit ꝙ falsū est illud quod assumo in illo ratione. scilicet ꝙ de nullo intellectu nisi diuino ista cōsequētia &c. Nam secundum ipsum illa est bona de intellectu christi. quia aliter falleretur. Sed contra istā responsionem arguitur primo contra primum dictum. quia quādo dicit ꝙ vetula ex fide infusa potest sic non iudicasse: vel intelligit ꝙ potest sic non iudicasse ex fide. ex eo scilicet qꝛ fides potest non esse fides ꝛ tūc bene cōcordarem secum. sed non sufficeret ad saluandum illam fidem eē noticiā infallibilem propter quod tñ videtur ponere illud correlarium. vel intelligit ꝙ potest ex ea non iudicasse qꝛ scʒ illa fides potest non fuisse iudicium. ꝛ tūc negarem istud. quia sicut ipsa non potest nō iudicasse sicut ipse videtur consentire sic ipsa non potest non iudicasse per illud iudiciū: sicut patebit per consequens argumentum. ꝛ in hoc est punctus huius difficultatis. Secundo arguitur cōtra scdm dictum in quo ponit ꝙ de intellectu christi illa cōsequētia est bona &c. quia vel ipē intelligit de intellectu christi diuino ꝛ sic non eēt cōtra me. vel de intellectu christi creato. ꝛ tunc arguo contra hoc quia sic ꝯsequētia ē bona anima xp̄i iudicauit antixp̄m fore. ergo antixp̄s erit. tunc ex opposito cōsequentis sequitur oppositū antecedētis. ꝛ per consequens sicut possibile est antixp̄m non fore ita possibile est animam xp̄i iudicasse antixp̄m fore. sed falsitas cōsequentis patebit ex dicēdis. nec valet probatio qñ dicit ꝙ illa cōsequētia est bona aliter xp̄us falleret. Tum primo qꝛ ista cōsequentia valde apparēter potest negari. Tuꝫ secundo quia consequens valde probabiliter a multis conceditur eē possibile per communicationem ydiomatū: et p noticiam creatā. quare &c. ¶ Tertia propositio fuit ista rta. ꝙ nulla ꝓpositio de possibili negatiua cuiꝰ affirmatiua de p̄terito correspondens est vera. est concedēda de creatura: nisi vbi predicatum est iste terminus veruꝫ: aut falsum: aut alius terminus īcludens alterum illorum in sua ratione diffinitiua. verbi gratia. si ista affirmatiua de preterito vera sit sortes iudicauit vltimum iudicium fore hec negatiua de possibili non est concedenda sortes potest non iudicasse &c. quia hoc solum concedendum est de deo propter rationem prius tactam. si autem hoc cōcederetur de creatura pari ratione sustinerem ꝙ creatura que voluit a. potest non voluisse a ꝛ similiter ꝙ illa que peccauit potest non peccasse. et sic ꝙ preteritum potest non fuisse. contra articulum parisiensem &c. Bene tamen concedendum est ꝙ sortes qui vere iudicauit vltimum iudicium

B
3. ꝓpō.

forte potest nõ iudicasse vere ꝛc. ꝛ ꝙ illud quod fuit iudiciũ verũ põt nõ fuisse iudiciũ verũ. Et rõ diuersitatis ẽ q: in pmo exẽplo ppositio de pterito vera. nullo modo depẽdet ex futuro: sꝫ i secũdo exẽplo ei⁹ vitas depẽdet ex futuro: sicut pꝫ intuenti. ideo prima ẽ necessaria ꝛ nõ secũda: p regulã cõmunẽ in hac materia. quare ꝛc. Ad istã rationem nihil respondet que tamen apparet mihi difficilis supposito illo articulo cõmuniter concesso. Sed cõtra illam regulaꝫ instat.
B ¶ Primo de ista ppositionib⁹ sortes est prescitus: ꝫ sortes potest nõ esse prescit⁹. Secundo de ista sortes qui vidit aliquid in vbo potest illud non vidisse. q: deus potest illud nõ ostẽdisse. ¶ Sed prima instantia nõ valet. Tum primo q: isti termini prescitus ꝛ prescientia includunt istum terminũ verũ. Tum secũdo q: ille propositiones nõ sunt vere nisi intelligantur de prescientia dei ꝛ nõ de scientia creature: ꝛ ideo instãtia nõ ẽ ad ppositũ. ¶ Secũdo alia instantia nõ valet. q: nego assumptũ. vnde dico ꝙ sicut deus nõ potest non voluisse causasse mundum sic postꝙ sortes aliquid vidit in verbo. deus nõ potest voluisse causasse illaꝫ visionẽ. ꝛ p ꝯñs sortes nõ potest nõ vidisse nec deus potest illud non ostendisse. sicut sortes q̃ cucurrit non potest non cucurrisse ꝛ ita de quolibet alio preterito ideo petit principium sua ratio.
C quare ꝛc. ¶ Scdꝫ pdicta respondi in primo principio meo ad rationẽ pdicti magistri. vnde quãdo dicit cũ hoc ꝙ fidelis iudicauit ꝛc. stat ꝛc. cõcessi istud: ꝛ negaui vltra illaꝫ ꝯñam iudicium nõ erit ergo talis ex fide false iudicauit sed bene cõcessi: ergo false iudicauit. vñ dico pmo ꝙ nõ ẽ possibile fidei subesse falsuꝫ. pꝫ q: fides includit ꝙ sit vera ꝛ de vero. Scdo dico ꝙ fidei põt subesse falsũ. pꝫ q: illud qd de facto subest fidei põt eẽ falsũ. Dixi tertio ꝙ illa noticia q̃ fuit fides licꝫ nõ possit nõ fuisse noticia aut iudiciũ tñ põt non fuisse fides aut iudiciũ verũ. Sed ꝯñam negatã factam p suo correlario ipse pbat sic. q: sequitur. iste ex fide infusa iudicauit vltimũ iudicium fore et ita erit. ergo ex fide vere iudicauit ergo simpliciẽ sequitẽ talis ex fide ꝛc. et non erit: ergo ex fide false iudicauit. Iteꝫ q: ex fide iudicauit ꝛ nõ vere ergo false. Sed hec pbatio non valet. q: licet ista ꝯña sit bona, tamẽ consequens est ipossibile ꝛ etiã ãnce dens ppter incompossibilitatẽ partium licet quelibet pars sit cõtingẽs. quare ꝛc. ¶ Ulterius ipse arguit cõtra hoc qd dixi ꝙ fides potest non fuisse fides. q: habit⁹ qui fuit caritas aut iusticia aut prudentia non potest nõ fuisse caritas ꝛc. ergo nec fides ꝛc. Item tũc fides potuit eẽ falsa respectu falsi. ꝛ per ꝯñs deus potest decipere: pꝫ ꝯña. q: non potest non fuisse habitus verus aut falsus. Sed ad hec breuiter dico. Uñ ad primuꝫ nego ꝯñam ꝛ ratio pꝫ ex regula supra posita ꝛc. Ad scdm dico ꝙ si decipere precise ipo:tet causare noticiam falsam. tũc concedo ꝯñam et ꝯñs. Si vero ipo:tet aliquid inordinate facere. nego ꝯñam nec

A probatio sua valet. Et hec de secūda dubitatiōe 7c. ¶ Ad tertiam dubitationē alias rñdi sub triplici ꝓpositiōe. Prima fuit ꝙ sicut volūtas diuina in genere cause efficientis ē prima efficiēs causa sic ipsa in gñe legis obligātis ē pria lex seu regula ¶ Secūda fuit. ꝙ sicut volūtas diuina est efficiēs causa. q̄a vult aliquid eē vel fieri. sic ipsa est lex obligatoria. q̄a vult aliq̄d ad aliqualiter esse vel non esse teneri. Istas duas diffuse ꝓbaui 7 declaraui in primo principio meo ideo p nūc eas suppono. ¶ Tertia fuit ꝙ sicut volūtas diuina est lex obligatoria: sic 7 intellectus diuin⁹: licet cōuenientius hoc appropriet volūtati q̄ꝫ intellectui. q̄a prima est p se vera. et nō secunda. Istā declaraui in secundo principio meo. Et primo primā partē q̄a volūtas 7 intellectus in deo sunt idem omnino ideo q̄cq̄d ex natura rei conuenit diuine volūtati conuenit etiā diuino intellectui. q̄a expositorie arguendo vnū sequit ex alio. quare 7c. Secundā partē declaraui. q̄a sicut mod⁹ loquēdi doctoꝝ est ꝙ volūtas diuina est causa effectiua rerū 7 non intellectus ex eo q: quicq̄d voluntas vult est/vel fit: et non quicq̄d intellectus intelligit. ita in ꝓposito q̄cq̄d volūtas vult obligari obligatur. et non sic de intellectu. Unde hec ꝯña est bona volūtas diuina vult sortē obligari ad. a. tñ ista nō valet itellectus diuin⁹ intelligit sortē obligari ad. a. ergo sortes obligatur ad. a. et ideo ista est per se vera volūtas diuina est obligatoria et nō ista intellect⁹ diuin⁹ est lex obligatoria. q̄uis vtraq̄ꝫ sit va. ¶ Sed cōtra p̄dicta multipliciter arguit magister Egidius. nichil tñ rñdendo ad rōnes meas. Uñ (quasi in multitudine exercit⁹ eēt victoria belli) ipse adeo multiplicauit argumēta ꝙ ad ea discurrēda vix sufficeret dies vna sed fortassis sufficeret vnū breue verbū dicere qđ Marcialis in quodā epigrāmate cuidā in persuasiōibus affluenti respondit 7c. Uerūtamen inter nos sit disputatio catholica 7 nō sophistica disceptatio ideo silendum est ab omni yronico verbo. placuit autē sibi: 7 michi nō displicuit vt de tot argumentis suis nō oīa sed aliqua grauiora pro nūc veniant ad mediū cum etiā ad eoꝝ plura satis in secundo principio sit responsum. Igitur contra primā 7 secundā propositiones 7 specialiter contra secundā posuit istā: sicut volūtas dei (vt sic) nō est causa rerū per se productiua. sic nec ipsa est lex seu regl'a creature obligatiua. Que cōclusio etiā si esset vera tamen nō est contra dicta mea. q: nūq̄ꝫ vsus sum hac locutiōe, vt sic. vel vt nō sic. nec apud vtētem tali locutione vellē diu disceptare. loquatur prout sic qui voluerit q: nolo loqui sic. Uerū tamen q̄a limitaui sensum dicte secnude propositionis dicendo ꝙ licet illa sit vna ꝓpositio causalis: que potest denotare antecedentis ad cōsequens causalitatem propriā: vel ipsoꝝ cōuertibilitatē per consequentiā mutuam. tamen quicquid sit de primo sensu nichilomin⁹ in secūdo

Marginalia: Solutio 3. q̄stiōis. i. propō. (beside "triplici ꝓpositiōe"); ii. propō. (beside "gātis ē pria lex"); iii. propō (beside "ideo p nūc eas suppono"); B (right margin beside "Sed cōtra p̄dicta").

sensu volui intelligere ipsam iō cōtra hoc arguit q: ponere talē causalē ꝛ solū p illā intēdere cōsequētie ꝯuertibilitatē est mirabilr abuti ꝑpositiōib⁹. Sic em̄ cōcederet ista. q: chymera non est ideo sortes pōt eē.

C ¶ Ad hoc aūt ꝛ ad reliquas similes instātias respondi in secūdo principio meo. ꝙ sunt sophistice ꝛ falso innitūtur fundamento. Pro cui⁹ euidēti declaratiōe dixi eē sciendū ꝙ ista ꝯiūctio q: vel alia similis faciēs ꝑpositionē causalē qñq3 signat causā essēdi. et sic facit ꝑpositionē causalē. vt cū3 dicit. q: sol lucet dies est. q: homo materiā habet/ homo est corruptibilis. ꝛ sic de similibus Quandoq3 vero talis cōiūctio nō significat causam essendi. vt cum dicit. q: aliqua res in diuinis generat filiu3. aliqua res in diuinis ē pater. q: creature sūt a deo. deus est dn̄s creaturarū. Tales em̄ propositiones solēt concedi. ꝛ tamen clarū est ꝙ nō denotant antecedētis ad consequēs causalitatē propriā. quia sic essent false vt notum est ꝛc.

Ita est in ꝑposito quando dixi ꝙ hec ꝑpositio volūtas diuina est lex obligatoria q: vult aliqd ꝛc. nō denotat antecedentis ad cōsequens causalitatē ꝑpriā s3 cōuertibilitatē p consequētia3 mutuā. volui em̄ per hoc excludere primu3 sensū in quo illa dictio quia significat causam essēdi quia sic nihil est causa vt diuina voluntas sit lex obligatoria. sed per hoc ꝙ dixi ꝙ talis ꝑpositio sicut ꝛ alie supradicte signat antecedētis ad consequēs conuertibilitatē per consequentiam mutuam nō volui excludere quin aliud reqrat. sed ꝙ hoc sufficiat ad veritatē talis causalis. sed dico ꝙ hoc requiritur. ꝛ hoc sufficiebat mihi ad propositu3. Et si querat quid vltra hoc requiritur quero etiā idem ab eo de aliis causalibus supradictis et ita faciliter respondebo sibi sicut ipse mihi. nec aliud teneor respondere quia non habeo hic tractare de veritate causaliū nisi alit cogat vi argumētorū. quia ex hoc satis patet ꝓpositū. Sed ipse dicit ꝙ hec responsio nō sufficit. ꝛ ex his pat3 ꝙ diminute dedit sensum ꝑpositioni mee: ꝛ ego teneor explicare quid aliud requiratur ad veritatem illius causalis. ꝛ ꝙ per causalem nō sufficiēter explico radicem obligationis quam tamen videor principaliter inquirere. Ego autem hec om̄ia gratis: ꝛ sine probatione dicta simpliciter nego sicut prius. Et dico ꝙ petit principium sicut pri⁹ ꝛ hoc ita clarū est ꝙ qui non videt nihil videt. Tamen licet ipse non cogat: dicam sibi quid requiritur ad predictarum causalium veritatem vltra consequētie cōuertibilitatē.


D ¶ Dico em̄ ꝙ ille denotant/ vel signant non quidem causam essendi. nec antecedentis ad consequens causalitatem propriam vt dictu3 ē: sed causam cognoscendi siue ad consequens cōuertibilitatē per consequentiam mutuam cū cōnotatione antecedētis cuiusdā prioritatis inferentis respectu illati secundū nostrum modum cōsiderandi. ꝛ ad aliquē talē vel cōsimilē sensu3 intelligunt cau

tales supradicte. Unde in omnibus illis est talis consequentia convertibilis: et ultra in antecedente ponitur diffinitio vel terminus pertinens ad diffinitionem termini positi in consequente. ut patet ideo est aliqualis prioritas antecedentis ad consequentiam propter quam potest dici antecedens causa consequentis. et hinc est quod tales causales conceduntur. Et consimiliter dico in proposito. Et per hoc ad multa alia dicta sua patet clarissime solutio ideo plura non recito etc. Et hec de tertia dubitatione.

A ¶ Uerum est quod ego speraueram: et valde optaueram cum isto reuerendo magistro habere longam collationem et in qua esset aliquid grauitatis theologice et nichil sophistice leuitatis sed ipse insistit in his que non multum placent michi. Ipse autem alias dixit quod in tota positione mea omnia erant ita clara: et solida quod nichil aliud in eis sibi visum fuit cui posset catholice repugnari. hoc autem si dictum esset reputarem non esse vituperandum. Sed cum reuerentia non est verum. Imo multa posui quorum opposita tenent plures magni doctores et que non minus reputo fore disputanda in scola theologica quam illa que ipse tractauit de pluralitate perfectionum in deo sine distinctione. de distantia creature a deo/ et a non esse. de latitudine possibilitatis: et contingentie. de tendentia creature in non esse. Ego autem malui permanere in catholica simplicitate quam cum de illis qui nichil reputant dici subtile nisi quod est inintelligibile.

¶ Finis quattuor principiorum in quattuor libros sententiarum.

¶ Incipit prima questio primi libri sententiarum Reue. in christo patris et domini. M. Pe. de aliaco.



Circa prologum libri sententiarum formo talem questionem. Utrum possibile sit viatorem de veritatibus theologicis habere noticiam euidentem. A Q. i. Arguitur primo quod non/ quia impossibile est viatorem de aliqua veritate habere noticiam euidentem. igitur etc. consequentia est clara. et antecedens probatur. quia aliter sequeretur quod possibile esset viatorem habere actum infinite rectitudinis: et per consequens infinite perfectionis. consequens est falsum cum sit finite capacitatis et finite actiuitatis. Sed consequentia probatur. quia noticia euidens est in infinitum certior opinione quantumcunque forti. Nam quantumcunque augeantur rationes probabiles in apparentia nunquam possent generare certitudinem equalem certitudini noticie euidentis: igitur talis est certitudinis infinite. igitur etc. Ar. primo ¶ Secundo sic quia impossibile est viatorem de veritatibus theologicis habere noticiam maiorem fide. igitur etc. consequentia patet quia noticia euidens est maior fide et antecedens probatur per Augustinum. xi. de trinitate capitulo tertio. de scriptura sacra fidem habemus de his rebus quas ignorare non expedit. nec per nos ipsos idonei sumus. etc. Unde patet quod de his de quibus si sacra scriptura solum fidem habemus. nec sumus naturaliter ydonei ad maiorem noticiam de eis A primo

uenire. igitur &c. ¶ Tertio sic. quia impossibile est viatorem de huiusmodi veritatibus acquirere sciam proprie. igitur &c. consequentia patet. quia non est maior ratio de uno quam de alio. et antecedens probatur quia omnis scientia proprie dicta est per causam. i. posteri. Scire est rem per causam cognoscere &c. omnes autem veritates theologice sunt de deo quo nihil potest scire per causam igitur &c. In oppositum arguitur sic. quia possibile est viatorem de multis veritatibus habere noticiam euidentem in diuersis scientiis. igitur hoc non minus est possibile per studium theologie. consequentia tenet quia theologia est scientia principalissima: et maxime archjtectonica &c. Et antecedens patet. quia omnes homines natura scire desiderant ideo l methaphisice. sed vt distinguit ibi commentator impossibile est appetitum humanum esse frustra. igitur possibilis est homini scientia. ¶ In ista questione iuxta materiam argumentorum erunt tres articuli. ¶ Primo vtrum possibile sit viatorem habere noticiam euidentem de aliqua veritate.

3 arguitur

In opp.

Decisio questionis.

¶ Secundo vtrum possibile sit viatorem habere de veritatibus theologicis noticiam maiorem fide ¶ Tertio vtrum possibile sit viatorem habere de conclusionibus theologicis noticiam scientificam proprie. ¶ Quantum ad primum articulum. primo premittam quorundam terminorum declarationes. ¶ Secundo ponam aliquas responsales conclusiones. ¶ Tertio obiiciam contra per aliquas rationes. ¶ Circa primum punctum sunt tres termini declarandi. scilicet

C

Primus articulus.

prima pars primi articuli

quid sit viator: quid veritas. quid noticia euidens. ¶ Primo est declarandum quid sit viator. vnde dico quod viator: seu creatura viatrix in proposito sumitur est rationalis natura que nec est beata nec damnata.

Nota viator.

¶ Ex quo sequuntur aliqua. ¶ Primo sequitur quod christus nunquam viator fuit. patet: quia ipse ab instanti sue conceptionis secundum naturam humanam fuit beatus. ¶ Secundo sequitur quod Paulus in raptu fuit viator. patet quia licet tunc viderit archana dei tamen per illam visionem non fuit beatus. ¶ Tertio sequitur quod stat aliquem esse non viatorem: et tamen ipsum esse in statu merendi. patet de christo ante tempus passionis &c. ¶ Quarto sequitur quod stat aliquem esse viatorem et tamen ipsum habere noticiam intuitiuam dei. patet de paulo. quia secundum Augustinum questionibus ad Orosium et similiter super Genesim ad litteram. Anima pauli in raptu clare et sicuti est diuinam essentiam vidit. Unde patet contra occam quod intellectus viatoris non bene describitur quod est ille qui non habet noticiam intuitiuam deitatis sibi possibilem de potentia ordiata. Per primum intellectus beati excluditur qui habet noticiam intuitiuam dei. Per secundam intellectus damnati: cui de potentia ordinata non est possibilis illa noticia &c. Quod enim hec descriptio non sit sufficiens. patet de paulo qui (vt dictum est) et sicut iste met doctor concedit in secundo tractatu dyalogi de dogmatibus Jo. 22. ca. 2. noticiam claram deitatis habuit &c. et tamen tunc non fuit beatus: sed viator vt dictum est: quare &c. ¶ Secundo decla-

D

D

E

randum est quid sit veritas (vn
q̄d veritas de dico q omnis veritas (vt hic su
mitur) est propositio vera. Ad
cuius probationem pono aliquas p
positiones. ¶ Prima est q nulla
veritas est distincta a propositio
ne q sit quoddam complexum signi
ficabile seu propositionis signifi
catum totale patet quia si esset ta
lis veritas seu tale complexum si
gnificabile nec esset substantia
nec accidens nec deus nec crea
tura. immo omnino nichil esset (vt
concedunt illi q sic ponunt) sed talis
positio est intelligibilis et irratio
nabilis vt pro nunc suppono: quia
A alibi declaraui. ¶ Secunda pro
positio est q nulla veritas est di
stincta a propositione que sit res
absoluta vel respectiua accidens
ipsi propositioni vere patet: quia
si sic sequitur q esset vel esse possz
aliqua res alia a deo quam deus
non possz creare: et aliq quam non
possz annichilare et quam possz crea
re veritatem illius deus nichil creat nec
annichilare veritatem illius deus nu
hil annichilat. Item sequitur q futurum
contingens de necessitate erit quia
veritas illius propositionis anti
christus erit fuit. ergo sequitur
q antichristus erit. consequentia
est bona. sed si illa veritas est aliq
res alia a propositione deus non
posset facere modo qui illa res
fuerit: et sic antecedens est neces
sarium illo dato et per consequens
etiam consequens etc. Item deus
posset talem rem distinctam a pro
positione destruere ipsa propositi
one manente et tunc illa propo
sitio adhuc esset vera et p consequens veritas
etc. et ex hoc sufficienter patet propositum
B principale. ¶ Tertia propositio se
quens ex predictis est q aliqua ve

ritas potest causari a deo tamen non pos
sibile q deus causet illam verita
tem patet de ista deus nichil causat et
eodem modo de annichilatione etc.
non tamen propter hoc sequitur
q aliqua veritas possit causari
a deo et non sit possibile q deus
causet illam veritatem. ¶ Quar
ta propositio etiam sequens ex p
dictis est q aliqua veritas fuit
quam necessarium est fuisse et tamen
contingens est eam fuisse veritas
tem patet de ista antichristus erit.
¶ Sed contra predicta obiicitur
primo quia diuina sci. diuina noti
cia est veritas et deus tamen seu eius
noticia non est propositio vera:
Igitur non omnis veritas est propo
sitio vera. ¶ Secundo antequam aliquid
esset preter deum veritas seu ve
rum erat mundum fore: et hec
veritas non erat deus quia hec
veritas contingens erat et de
us erat necesse esse. nec hoc verum
erat propositio quia nulla contingens
tale verum erat quoddam complexum
significabile. ¶ Tertio quia si nul
la propositio esset adhuc veritas es
set nullam propositionem esse. Igitur non
omnis etc. Pro solutione istorum po
no aliquas propositiones. ¶ Pri
ma est q preter omnem propositionem C
creatam aliquid est verum seu ali Solutio
qua veritas extra animam patet de p̄dictorum
deo sicut prima obiectio arguit.
vtiq̃ quicq̃d sciri ab hoīe pōt i rebus hūanis vbi plurimū sup̄uacue vanitatis ꝛ noxie curiositatis est huic scie tribuo sȝ illud tm̄mō quo fides saluberrima q̄ ad vitā btām ducit. gignitur nutrit̄. defēdit̄. ꝛ roborat̄. Et loquit̄ de theologia. Ex ista auctoritate sequūt̄ aliq̄ propositiōes ¶ Prima est ꝙ secunda descriptio posita est magis propria q̄ꝫ sit prima. et hoc ē ꝯtra Ockā q.i. qui ponit illam. ptȝ q̄a multe sunt veritates que valent ad defendenduȝ fidem ꝛc. que non sunt viatoꝛi necessarie ad salutem ꝛc. ¶ Secūda est. ꝙ sole veritates que sunt de rebus diuinis aut humanis quibus veritatibus ipsa fides saluberrima est ꝛc̄. possunt ꝓpꝛie dici veritates theologice. ¶ Tertia est que sequitur. ꝙ non oēs veritates theologice sunt fide credende. sed sunt aliq̄ solum ꝓbabiles ꝛ opinatiue. patȝ de istis. deus potest facere infinituȝ. deus potest creare suppꝛemā spēm ꝛ de multis similibus ꝛc̄. ¶ Quarta propositio est ꝙ de omnibus rebus mundi pn̄t eē v̄itates theologice patȝ q: de oībus pn̄t formari veritates quibus fides saluberrima ꝛc̄. Naȝ de qualibet re alia a deo verificat̄ ꝙ est creata et de deo ꝙ ipse illam creat. et per hoc fides saluberrima ꝛc̄ Itē circa q̄scūq̃ res creatas vl' etiā increatas pōt homo v̄tuose vel etiā viciose agere. igitur ꝛc̄. Antecedens patet q̄a q̄cunq̃ re creata: vel increata potest licite vel illicite frui/vl' vti. ꝛ cōsequētia tenet per Augu. xij. de trini. ca. xiiij. Quicquid prudenter. fortiter: tempate/ꝛ iuste agimus. ad eā ptinet sciam qua in euitādis malis bonisq̃ appetēdis actio nr̄a v̄sat̄. Uñ ex istis ꝓbatiōib⁹ ptȝ vnū correlariū qd̄ valet ad defēdēdū p̄dictā ꝓpositionē. Et est ꝙ ista ꝯn̄a nichil valet cuiusib̄ȝ scie veritates sūt de deo. vel de reb⁹ creatis tāq̄ꝫ de obiecto/vl' obiectȝ. ig̃ ptinēt ad theologiam. seu sunt veritates theologice. sȝ ē fallacia ꝯsequentis. Nam licet tam veritates scientiarū pticulariū q̄ꝫ veritates theologice sint de eisdē rebus. tamen veritates theologice sunt fm̄ aliam attributionē ad deū que attributio vl' ordo sufficiēs est ad vnitatē talis scie mō quo loq̄tur ph̄s. 4. metaphi. ꝛ alijs pluribus locis. ¶ Secundo ptȝ ex predictis q̄d debȝ dici de subiecto theologie ꝛ de veritate ei⁹. ꝛ quomodo sit practica. ꝛ quomodo speculatiua fm̄ diuersa. sȝ de his nihil dico quia logicalia sunt vel alibi videnda. ¶ Secundo declarandum est quid sit fides. vnde dico ꝙ multiplicit̄ potest sumi. vt alias videbit̄. sed vt ad presens sumitur fides potest describi. ꝙ est assensus verus firm⁹ sine formidine non euidens. Uel breuius. fides est assensus certus. nō euidens. Naȝ certitudo importat primas duas conditiones. Certitudo enim est assensus verus/firmus/ sine formidine. In hac autem fidei descriptiōe due prime clausule ponuntur eadeȝ causa qua in descriptiōe euidētie. sed tertia scilȝ non euidens ponitur ad differentiam euidētie. Et huic descriptioni concor

E q̄d fides

dat illud cõmune dictũ. Augu. Quid ẽ fides nisi credere qd nõ vides? Capit enĩ credere pro certitudinalr assẽtire. ꝛ capit nõ videre pro nõ euidẽter cognoscere. ¶ Sz videõ hic qualir viator A possit hanc fidẽ acquirere et de hoc pono aliquas propositiões ¶ Prima est ꝙ impossibile est viatorem per rationem demõstratiuam: vel euidentem acquirere fidem. patet. ẜm philosophũ demonstratio est sillogismus faciens scire ergo talis ratio generat scientiam seu euidentiam ꝛ non fidẽ. ¶ Secunda est ꝙ impossibile est viatorem per rationem dyalecticam precise/vel probabilem acquirere fidem patet quia talis quantum est de se solũ generat opinionem cum formidie ꝛ non certam fidem. ¶ Tertia ẽ ꝙ impossibile est viatorem p solum imperium voluntatis / vel p solã affectionẽ acquirere fidẽ patet. quia tale imperiũ vel talis affectio p se non potest generare opinionem. igitur nec fidẽ. ꝯña tenet a fortiori ꝛ ãñs patz per experientiã: ꝛ ad idem ꝯmentator. ij. d aia. ꝯmẽto. liij. Ubi dicitur ꝙ opinari nõ possum9 cum volumus: Quarta est. ꝙ possibile est viatorem p imperiũ voluntatis ꝛ piam affectionem cõcurrente ad hoc testimonio vel auctoritate vel etiam dyalectica. vl' pbabili ratione acquirere fidem: patet p experientiã. Itez aliter frustra adducerentur testimonia: aut rationes probabiles ad ea q̃ sunt fidei qd tñ faciunt Augu. ꝛ alij doctores sãcti. Item capio aliquẽ qui habz iã fidem de aliquo articulo. tũc volo ꝙ adducatur ad illud pbandũ aliqua rõ solũ pbabilis. tũc q̃ro vel illa nihil facit vel destruit fidẽ aut certitudinẽ pri9habitã: aut generat seu auget fidem. Nõ pmũ: q: certitudo pri9habita nõ impedit effectũ rationis. Nec scdm: q: tunc nimis eẽt periculosũ pbare articulos fidei. ideo sequit tertiũ ꝛ habet ppositũ. ¶ Et istis sequũtur aliqua correlaria. ¶ Primo sequit ꝙ catholicus solus ꝛ nullus de alia secta habet fidẽ/vel certitudinẽ de lege sua: quantũcũqz credat eam sine formidine. ¶ Secũdo sequitur ꝙ persuasiões causant tantam certitudinem in pie affectatis: sicut demonstrationes in phis. patz in fidelibus catholicis. Sed ꝯtra hoc arguitur: q: si sic sequitur ꝙ voluntas possit imperare intellectui ꝙ assentiat plus q̃ ratio pbat. qd videt falsum: q: non apparet cur hoc faceret voluntas. Nam sicut ipossibile est assentire sine ratiõe ita videtur impossibile assẽtire pl9 q̃ ratio probat: vel videtur probare. ¶ Ad hoc dico cõcedendo ꝯñs ꝛ ad improbationẽ dico: ꝙ licet sine apparẽtia: vel ratione nõ possum9 habere fidẽ vel opinionem. licet etiã ratio solũ probabilis sine imperio voluntatis nõ sit apta nata causare nisi opinionẽ. tñ cũ iperio volũtatis põt causare fidez seu certitudinẽ: sed de hoc alias rñdebit. ¶ Tertio seqt ꝙ aliqua inenidẽtia sũt nobis equa vel magis certa: sicut nobis euidẽtia/ꝛ sitr aliqua ptĩgẽtia ꝛ q̃ possũt eẽ falsa sicut vanecessaria. Primũ ptz de articulis/ꝛ ꝯclusionibus fidelibus de

Instãti.

¶ Solutõ

monstratis. Scd'm patz de istis duobus articulis. de⁹ est: et resurrectio mortuoꝝ erit totū faciliter patet. Quarto seq̄tur: q̄ licet impossibile sit fidei subesse falsū. tñ fidei pōt subesse falsum Primū pz: q2 ista ɔ̄ña est necessaria: fides est. ergo est de vero Secundū pz: q2 fides est de aliquo ɔtingenter vero. ⁊ qđ pōt eē falsuz (vt pz de articulo resurrectionis) ⁊ per ɔ̄ñs fides pōt eē de falso: ⁊ fides p̄t nō eē fides: imo nō fuisse fides ⁊c̄. sic̄ satz pz. ¶ Tertio declarandū ē que sit noticia maior fide. Unde dico q̄ noticia est multiplex. quedam est noticia euidēs alia non euidens: et vtraq3 est duplex. Nam quedaz est noticia euidens q̄ est de aliquo vero per se noto. Alia q̄ est de aliquo non per se noto: sed ex alio vero / vel alijs veris deducto. Quid autē sit per se notum alias declarabo suo loco. Similiter noticia non euidēs est duplex. quedā cum formidine que vocatur opinio. Alia cū certitudineq̄ vocatur fides. Prima est nata causari ex noticia alicuius ꝓpositionis: vel aliquarū ꝓpositionū non euidenter: sed ꝓbabiliter solum. Secunda vero licet etiam predicto modo posset causari. tñ ipsa cōmuniter causatur p̄ncipaliter ex auctoritate seu testimonio aliorum: ⁊ sic loquitur Augusti. de fide dicens. Absit vt scire nos negem⁹ que testimonio alioꝝ didicim⁹: alioquin nescimus esse vrbes vel terras quas celeberrima fama commendat: ⁊ sic sunt quattuor modi noticie. ¶ De istis ergo: ⁊ earum cōparatione pono aliquas

D q̄ est noticia maior fide.

E

ꝓpositiones. Prima est q̄ ois noticia euidēs est maior noticia ineuidenti. pz: q2 est clarior. Nā p ipsam magis apparet v'itas intellectui. ⁊ similiter ipsa hz claritatē p suā intrinsecā naturam vel saltem ex aliquo habēte talē claritatē. Alia vero nō. igit ⁊c̄. Secūda est q̄ noticia euidēs q̄ est de per se noto: vel de p se notis est maior q̄ȝ illa noticia euidēs q̄ est deducta ex eis. patz: q2 ꝓpt qđ vnūquodq3 tale ⁊ illud magis .i. posterioꝝ nō dico tñ q̄ ois euidētia q̄ est de vero non p se noto sit oīm euidētia: q̄ ē de vero non p se noto noticia maior patz: quia staret oppositum Tertia est q̄ noticia nō euidēs que est ex ratione vel probabilitate inducente intellectū ad assentiendū est maior ratione ꝓbabilitatis q̄ȝ noticia causata solum ex testimonio alioꝝ. ptz: quia illa noticia est maior isto modo q̄ est de magis perceptibilibus ⁊ magis apparentibus intellectui ⁊c. Confirmat: q2 infidelis magis inducitur per rationē probabilē q̄ȝ per testimoniū seu per auctoritatē. Quarta q̄ fides rōne certitudinis est maior q̄ȝ opinio. ptz. q2 certitudo solū excludit deceptionem ⁊ dubitationē. hec aūt nō possūt esse in fide (vt pz ex dictis) sȝ bñ in opinione. igit ⁊c. Cōfirmatur quia fidelis per fidem assentit / vl' assentire potest articulis ita firmiter sicut phs principijs vel cōclusionib⁹ demonstratis: sed sic assentiens certius ⁊ firmius assentit q̄ȝ opinans ⁊c. Ex predictis ptz q̄ licet opinio non sit simpliciter maior fide: ipsa tamē

aliquo mõ est maior: scʒ ꝑ quã-
to illa est ex ꝓbabili rõne: hec
vero solũ ex testimonio, vel au-
ctoritate. ¶ Scđo ptʒ. q: euidẽ-
tia est simpliciter noticia maior
A fide, ꝛ nõ loquor de maioritate
ij. ps. ij. arti. gradnali ꝛc. ¶ Ideo pro rñsiõe
ad p̄ntem articulũ iuxta p̄dicta
ponam tres ↄclusiones. In p̄ma
videbitur. vtrũ possibile sit via-
torem de veritatibus theologicis
habere opinionem. In secunda.
vtrũ possibile sit viatorẽ de ve-
ritatib⁹ theologicis habere no-
ticiam euidente. In tertia. vtrũ
possibile sit viatorẽ de veritati-
bus theologicis habere notici-
am fidẽ maiorẽ. ¶ Prima cõclu-
i. ↄclsio p̄ncipal. sio est ꝙ naturaliter possibile ẽ
viatorem de multis veritatibus
theologicis habere opinionem
ꝓbatur. naturaliter possibile ẽ
viatorẽ de illis veritatibus ha-
bere opinionẽ ad quas proban-
das naturaliter potest habere
rationes dyalecticas seu proba-
biles inducentes ad assentien-
dum intellectũ indifferentẽ: sed
sic est de multis veritatib⁹ theo-
logicis. Igitur ꝛc. Maior patet
B sed maior ꝓbatur. ¶ Unde ad
hoc probandũ possunt adduci
illa octo media que ponit Sco-
tus q̄stione. ij. prologi: que sunt
Primo auctoritas scribentium.
Secũdo concordia scripturarũ.
Tertio rationabilitas cõtento-
rum. Quarto irrationabilitas
singulorũ errorũ. Quinto. pre-
nunciatio futurorũ. Sexto vita-
citas miraculorũ. Septimo ip-
sius legis duratio. Octauo dili-
gẽtia in recipiẽdo. Sed de istis
remitto ad eum ꝛc. Ideo aliter
C ostendo propositũ. ¶ Pro quo
sciendum est ꝙ secũdum docto-
res rethoricos octo sunt proba-
tionũ species. scʒ p̄mo ꝛc. p fide-
dignũ hoim testimoniũ p autẽ-
ticũ legis scriptũ: p pactu. p iu-
ramentũ. p miraculũ. p tormen-
tum p cum in cui⁹ ore nõ est inuẽ-
tum mendaciũ. ꝛ p conformita-
tem gestuum corporalium, et
verborum. Et istis octo modis
ꝓbabiles sunt articuli fidei et
theologice veritates sicut osten-
di potest ꝛc. ¶ Primo per testes D
seu fidedignũ hominuʒ testimo-
nium. Unde dicebat xp̄us. Act.
i. Eritis michi testes in hierusa-
lem ꝛ in omni iudea: et samaria:
ꝛ vsqꝫ ad vltimum terre. Iuxta
hoc potest fieri talis ratio. Illđ
est probabile quod vna magna
gentium communitas prudens:
et discreta in agibilibus, subti-
lis ꝛ ꝓfunda in speculabilibus
testatur eẽ verum: sic est de arti-
culis fidei ꝛc. Igit ꝛc. ¶ Secun- E
do p legem seu autẽticum legis
scriptum. Unde dicebat xp̄s iu-
deis Ioh. v. Scrutamini scriptu-
ras: quia vos putatis in ipsis vi-
tam eternam habere: ꝛ ille sunt
que testimoniũ perhibẽt de me.
Ex scripturꝭ ei legis moysi ostẽ-
ditur ꝙ christus fuit verus pro-
pheta et verus messias in lege
promissus. ꝛ per consequens ꝙ
eius doctrina est vera ꝛ creden-
da. ¶ Tertio per pactum. Unde F
ait aposto. Roma. i. ꝙ euange-
liũ xp̄i ante ꝓmiserat de⁹ p pro-
phetas suos ꝛc. Ex scripturis
em sanctis ostẽditur ꝙ doctrĩa
xp̄i est illa quã deus promiserat
in ꝓphetis: ꝛ p ↄsequens ꝙ ip̄a
est vera: ꝛ nullo modo erronea.
¶ Quarto per iuramẽtum. Uñ G

sit Aposto. hebre.vi. Quoniam
neminē habuit p quem iuraret
maiorem iurauit p seipm rc. in
quo abūdātius volens ostende
re deus immobilitatē ɔsilij sui inter
posuit iusiurādum rc. D.ꝰ enī sā
ctis patribꝰ ea q̄ de xpo futura
erāt nō solum simplici vbo pro
misit. sed etiā iuramento firma-
uit. q̄ olā ostēdūtur ex scripturis
H iam eē ipleta. quare rc. ¶ Quin
to p miraculū. Un̄ dicebat xps
Joh.v. Ipsa opera que ego fa-
cio testimonium phibent de me
Quod nō solum verū est de ope
ribus virtutum sed etiā de ope
ribus miraculorum. Juxta hoc
enī potest fieri talis ratio Deus
non asistit alicui (miracula na-
turam excedētia faciendo) in te-
stimonium falsitatis: sed deꝰ si-
cut asfuit xpo: r discipulis eius
in testimoniū doctrine sue. Igi
tur rc. Maior videtur clara in
lumine naturali. q̄z aliter deus
esset testis falsus. Minor patet.
de resuscitatiōe Lazari Joh.xij
r de alijs innumeris miraculis
christi: r etiam apostolorum: et
sanctorū in noie christi in euan-
gelio r scripturis autēticis que
miracula si negētur saltem hoc
vnum magnum est r ad intelli-
gendum miraculū: q sine mira-
culis maxia pars orbis credit.
I rc. ¶ Sexto per tormētū immo
diuersa genera tormentorum.
Unde dicebat apostolꝰ heb.xi.
Secti per fidem vicerunt regna
rc. Lapidati sunt secti sunt ten-
tati sunt: in occisione gladij mor-
tui sunt: et hi oms testimonio fi
dei pbati rc. Probabile enī est
illud esse verum r eis diuinitus
inspiratum pro cuius assertio-
ne tot homines vtriusqz sexus:
r etatis: tot r tāta tormēta pati
enter/ r constāter/ r volūtarie su
stulerūt. ¶ Septimo p eū in cu- K
ius ore nō est inuētum mēdaciū
Unde aplus heb.vi. Impossibi
le est mētiri deū idō arguitur sic.
Omne reuelatū a deo est verū.
sed doctrina xpi est reuelata a
deo. igit rc. Maior pz. immo: ap
paret ex miraculis r scripturis
sanctis. ¶ Octauo per cōformi-
tatē gestuū r verborū. Un̄ Act.
iiij. Loquebant vbum dei cum
fiducia rc. Ex gestibus enīz xpi
et discipulorum suorūz patebat
q verba eorum non erant falsa
quia non loquebantur ficticie:
sz ex corde sine curiositate/ osten
tatione/ vel apparatu. sz tū cha-
ritate/ affectione. et toto affectu
Igitur pbabile est dicta ipsorū
esse vera: quare ppositum. Ad
declarationem istarū rationum
possent induci multe concordā-
tie rc. sed dimitto causa breuita
tis. ¶ Secūda ɔclusio. q natu- L
raliter possibile est viatorem de ij. ɔclusio
multis veritatibus theologicis pncipal.
habere noticiam euidentē. Pro
batur quia phi sequentes rōnē
naturalē deuenerunt (licet a po-
steriori) ad noticiam euidentem
istarum veritatum deus est. deꝰ
est vnus. bonus. simplex. eternꝰ
rc. (vt pz. viij. phisicorum. r. xij
meth) Igitur rc. Et sic dicatur
q nunq aliquis phus habuit
euidentem noticiā de illa. Deꝰ
est. r per cōsequens nec de alijs
quicqd sit de hoc. q̄z postea de
hoc tractabitur. tamen phi ha-
buerunt euidentē noticiā istaꝝ
ɔditionaliū si deꝰ est deꝰ est bo-
nus. simplex. eternus rc.

❡ Tertia conclusio q naturali
A ter impossibile est viatorem de
3. pclusio oib9 veritatib9 theologicis hre
pncipal. noticiā oi fide maiorē. Probat
q: si nō rc. vel talis noticia esset
opinio vel euidētia. s nullo mō
pōt dici igit rc. Maior pz a suf
ficiēti diuisione. s minor pbat.
Primū nō pōt dici q: talis noti
cia eēt opinio q: lz opinio aliq
mō scdm quid sit noticia maior
fide: (vt prius tactū est) tamen
simpliciter r absolute fides est
noticia maior opiniōe. Unū scdm
hugonē de sacramētis. libro. ij.
parte. x. ca. ij. Fides est opiniōe
superior. ideo ipe diffinies fidez
ait q est certitudo animi de re-
bus absētibus supra opiniōez
et infra scientiā constituta. Igi
tur supposito q esset naturali-
ter possibile viatorem de oibus
veritatibus theologicis habe-
re opinionē (qd non est clarū vt
magis postea tanget in argu-
mentis cōtra primā pclusionez
tñ nō ppter hoc sequeretur q eēt
naturaliter possibile viatorem
de oibus rc. hre noticiam omni
fide maiorē rc. Secūdū nō pōt
dici q talis noticia esset euiden
tia. quia licet naturaliter possi-
bile sit viatorem de aliquibus
veritatibus theologicis habe-
re noticiā euidentez: et p conse-
quēs oi fide maiorē: vt patet in
secūda pclusiōe: tñ hoc nō ē na-
turaliter possibile de oib9 hmōi
veritatib9. sicut pz de istis deus
est trinus r vn9: de9 pr gnat deū
filiū deus est hō: corpus xpi est
in sacramēto r sic de multis si-
milibus. Nā si esset naturaliter
possibile viatorē de illis veritati
bus habere noticiā euidentem:
tunc qlibz infidelis posset natu
ralr cogi ad assētiēdū eisdē: qd
appet falsū p experiētiā. Si aūt
aliqs dicat oppositū: vadat ad
infideles r hereticos puertēdū
rc. Dixi aūt notanī in pclusiōe
r ei9 pbatiōe: q nō ē naturalr
possibile rc. Et nō dixi simplr i
possibile. Uñ pono aliqs pposi
tiones. ❡ Prima est q simplr pos B
sibile est viatorē manētē viato-
rē hre de deo noticiā intuitiuā:
r p pñs de pdictis veritatib9 de
deo formatis itutiuā noticiaz
seu cognitionē. Pz ex dictis su
pra in pmo articlo in descriptio
ne hui9 termini viator: in qrto
correlario. Scda est q simplicit
possibile est viatorē manentem
viatorē de pdictis vitatib9 hre
noticiā euidētē patz ex pdicta.
Tertia ē q nō est possibile p ali
quā potētiā viatorē de oib9 vi-
tatib9 theologicis hre euidētiā
simplr absolutā. Pz de vitati
bus de futuro cōtingenti: sicut
de istis. resurrectio gnalis erit.
antixps pdicabit rc. sicut tactū
est supra i scda pclusiōe r tertiā
pclusionē pmi articuli rc. Quar
ta est q possibile est p absolutā
dei potētiā viatorē de oib9 ve-
ritatib9 theologicis hre euiden
tiā scdm qd siue pditionatā. Pz
q: si nō maxime videret de illis
de futuro iam dictis. sz de illis
est possibile. scz in casu q viator
haberet noticiā dei intuitiuam
rc. Naz isto casu posito possibi
le esset viatorē habere noticiam
cui cōuenirēt oms pditiōes eui C
dentie scdm qd rc. sicut pz facili 3. p9 scdi
ter rc. ❡ Contra pdicta arguit articuli a
aliqbus rōnibus. r pmo contra gr. pmo.
primam conclusionem ostēden-

do q nō sit naturaliter possibile viatorē de veritatibus theologicis habere opinionē seu probabilem rationem. Uñ argr sic. Quia ad hoc q aliqua rō sit probabilis respectu alicui⁹ vel generet opinionē requirit q apparentia veritatis in antecedente. et consequentia excedat apparentiam falsitatis in consequente seu conclusione probanda: sz nulla est ratio ad pbandū vitates fidei in qua viatori appareat in antecedente: et cōña maior apparentia veritatis q̄ sit apparentia falsitatis in multis propositionibus theologicis. Igr̄ rc. Maior huius rationis videtur nota. sed minor patz in veritatibus theologicis: de trinitate: de incarnatione et de eucharistia. Uñ ad pbādū q vna res est tres res et quelz earū: vel q deus est homo: vel q corp⁹ xpī est sub sacramēto altaris et sub qualibet eius parte: non videt posse fieri aliqua ratio i qua antecedēs z cōña habeāt maiorem appentiā vitatis q̄ cōñs hz apparētiā falsitatis (z hoc circunscripta fide). Si eni sit aliq̄ dek rc. Confirmat: quia nulla rō probans trinitatem est viatori demonstratiua. sed articul⁹ de trinitate circūscripta fide eque vl magis apparet falsus sicut oppositū conclusionis demonstrate. Igitur maior est apparenta ad oppositū articli. q̄ ad eius pbationē cōña tenet: q̄a conclusio demonstrata magis apparet va q̄ solū dyalectice pbata et hoc sic appareat z huiusmōi pbatio sit dyalectica. ¶ Scdo ar-
2. argui. guit q̄ illud qd̄ dcm̄ est: q fides est noticia simplr maior opinione rc. ondēdo q naturalr possibile sit viatorē de vitatib⁹ theologicis hr̄e opinionē oi fide maiorē: q: illa noticia simplr ē maior fide q̄ est certior z firmior: sz positiue ē aliq̄ opinio certior et firmior fide. Igit rc. Maior ptz sed minor probat: q: aliq̄ rō probabilis facit opinionē alicuius adhesiōis z firmitatis. Igit tales due faciūt in duplo firmius adherere: z q̄ttuor in q̄druplo z sic in infinitum: z per cōñs vltra omnē adhesionē fidei pōt adhesio opiniōis firmior: et per cōñs certior generari rc. Confirmat: q̄a aliqui ita firmiter adherent his de quibus habent opinionem: sicut alij his de quibus habent scientiā: q: sicut dr. vij. ethicor. quidā opinantiū non dubitant. sed existimant se scire. z nichil minus credūt his que opinantur q̄ alteri his que sciunt. Sed nullus ita firmiter p fidez adheret credibilibus sicut sciens per sciētiam scibilibus que ipse nouit per causā: z qm̄ illorum sūt causa et qm̄ rc. igit rc.
¶ Tertio ad idem arguit sic. q: opinio potest tm̄ augeri p facit intellectum alicui assentire contra imperiū voluntatis. Igitur talis opinio erit certior z firmior fide. cōña tenet. quia fides hoc nō potest. sed añs probatur. q̄a scientia facit intellectum assentire contra imperium voluntatis igitur et opinio hoc potest. consequentia tenet per auctoritatē iam positaz. Confirmatur quia capio oppositum hui⁹ articuli deus est trinus / et vnus. tunc respectu illius potest ha- 3. argui.

iiij. ar.

bere intellectus aliquā rōnē inducentē ad assentiēdū illi ꝛ pōt habere in duplo maiorē: ꝛ sic vltra. ꝛ per ꝯñs eque inducentem sicut demōstratio / ꝛ sic agentē cōtra impliū volūtatis. et p ꝯñs pōt esse aliqs de necessitate: seu coacte infidelis ꝛc. igit̄ ppositū

¶ Quarto arguitur contra tertiam conclusionē ostendendo ꝙ naturaliter possibile sit viatorē de omnibus veritatib⁹ theologicis habere noticiam euidentem. ꝛ per consequēs omni fide maiorem. Unde arguitur sic noticia euidens de oībus v̄itatibus theologicis non est infinite difficultatis ideo per studium theologicū pōt acquiri a theologis. antecedens patz. qꝛ aliter nulli creature esset possibilis. Sed cōsequentia probatur supponendo vnū quod videt̄ clarꝫ per experientiā. ꝛ super quo fūdant se Aristo. ꝛ eius commentator ad pbandum ꝙ intellect⁹ sit virt⁹ immaterialis. iij. de aīa commento. vij. ꝛ est ꝙ intellect⁹ noster intelligendo fortificat̄ et post noticiam vnius veritatis acquisitam disponitur ac acq̄sitionem alterius. Cū igit̄ multe sint veritates theologice ad quarum noticiam naturaliter deuenerūt phi. vt patet ꝛc. Sequit̄ ꝙ p noticiā illarū intellect⁹ poterit disponi ad maiorē et maiorem noticiā cuiuscūqꝫ finite difficultatis: et per consequens ad noticiam euidētē per exercitiū studij. consequētia potest deduci ꝛc. Confirmatur p auctoritates. Prīa est ad Rom. i. sup illo quod notū est dei manifestū est in illis. glosa. quod noscibile est de deo manifestū est illis habētem vnde noscere possūt qđ noscibile est de deo (scꝫ naturalē rōnem) ꝛ loquit̄ de gētibus phis. vñ statim post: sup illo: inuisibilia dei p ea que facta sūt ꝛc. post multa ad ppositum dt glosa. ꝙ ea que facta sūt illi⁹ sūme trinitatis noticiā habuerūt gentium phi ꝛc. Unde etiam hermes termegistus de quo Augustinus meminit. d. in libro suo de vbo eterno. ꝙ deus est monas et ꝙ monas gignit monadē. id ē de⁹ deū ꝛc. Secunda auctoritas est super illo passu Exodi. viij. vbi magi defecerūt in tertio signo. dī. glosa phos puenisse ad noticiam duarū personarꝫ sed non tertie. igitur potuerūt ꝛc. Tertia est Richardi de sancto Uictore in libro de trini. Credo sine dubio ad quecūqꝫ que necessario est esse non tantū probabilia. immo necessaria argumēta non deesse. Igitur ad articulum de trinitate. ꝛc. et p ꝯñs ad oēs alios quia ille est excellētior ꝛc̄. D

¶ Ad istas rationes respondet̄ per ordinē. Uñ ad primam premittēda est vna distinctio / que est: ꝙ aliquid esse probabile potest dupliciter itelligi. Uno modo simpliciter. alio modo secundū quid. Unde sm phm illud dicit̄ probabile simpliciter quod videtur omnibus: vel pluribus: vel maxime sapientibus. Que descriptio sic intelligitur. ꝙ pbabile est quod cum verū ꝛ necessarium / non est tamē euidēs: sed apparens omnibus vl' pluribus vel maxime sapientib⁹. Per primam clausulam excluduntur falsa et vera contingē- Ad pmā rōnem.

tia: que stricte loquēdo nō dicū tur pbabilia (licet aliqñ impro prie) sicut dicit phs q nichil p hibet falsa esse pbabiliora qui busdā veris. Capit em pbabi le improprie pro apparenti. rc. Per scdam excludūtur ola prin cipia: r cōclusiōes demōstratio num. Per tertiā excludūtur ne cessaria que apparent falsa oib⁹ vel plurib⁹ rc. Sed alio modo: r magis large aliquid dicitur p babile fm quid. quod cum sit ve rum siue necessarium: siue con tingens non est tamen euidens sed apparens alicui / vel aliqui bus. Et pp oxtionabiliter poss distingui de ratione pbabili. q vel est ex probabilib⁹ pmo mo do vel scdo. vel simpliciter / vel
B secundum quid rc. Ex hac disti ctione sequuntur alique propo sitiones. Prima est q nulla ra tio probabilis seu dyaletica est falsigrapha. siue peccans i ma teria vel in forma. ¶ Secunda est. q non omnis ratio probabi lis seu dyaletica facit semp du bitationem seu formidinem. sed frequenter firmam adhesionem Patet. quia quandoqz adhere mus ita firmiter probabilibus sicut euidenter notis. Tertia ē q nullus potest secundum com munem cursum euidenter cog scere de aliquo syllogismo topi co ipsum esse topicum. Patz sa tis. potest tamē de hoc habere
C assensum firmū. ¶ Quarta ē re spōsiua ad rōnē q nō oēs theo logice vitates sūt pmo mō pro babiles. nec ad oēs pñt hēri sim pliciter pbabiles rōnes. ¶ Ptz primo. q: multe sunt hmōi vita tes ptingentes: et nō necessarie. rc. Scdo q: multe hmōi vitates que apparēt false oib⁹ vel plu ribus. vel maxime sapiētib⁹. et hoc intelligēdo de sapiētib⁹ hu ius mūdi pci'e innitētib⁹ ratiōi naturali. q: isto modo accipit sa piens in descriptione pbabilis Sic em sapientes mūdi. s. qdaz philosophi irridebant paulū: r reputabāt ipm insanire. Actuū xvij. r. xxvi. Et hoc probat rō. et nichil plus. Tamen cum istis stat q multe veritates theolo gice sūt probabiles. pmo modo. et hoc sufficit. qa conclusio non est posita de omnibus genera liter. Similiter omnes sunt pro babiles secundo modo. s. secun dum quid et apud multos sicut apō illos qui modicū vel nichil cōprehēdūt de difficultate arti culorū: r tñ pbationes ipoz bñ psiderāt. vtpote q: vident supe riores suos qui eos predicant: et eis conformiter operantur: r contra hoc nō vadit ratio sicut pōt faciliter apparere rc. ¶ Ad secundam rationem rñdetur p mittendo quandam distinctio nem q̄ est de certitudine. Unde sciendum est q ab eodem causa tur noticia de aliquo obiecto r ipsius noticie certitudo scilicet a vitate ipsius rei cognite Sic em se hz vnūqdqz ad cognitionē sicut ad vitatē. Cum igit vitas sit eqtio rei ad itellectū ideo ex vtroqz pt oriri certitudo vl' ex p te rei cognite vl' ex pte ipi⁹ cog scētis. Pmo modo fides ē noticia certissima vl' saltē ita certa sicut aliq̄ alia. q: res cognita p eā est pma vitas: r oē aliō notū p eaz initit vitati pme. q̄ ē res certis sima necessaria: r imutabilis. et

Ad scdā rōnem.

de tali certitudine loq̄tur p̄hus primo meth. dicēs. certissime sci entiarū maxime sūt primarū veri tatū .id est substantiarū separa tarū: et tñ cōstat q̄ ista certitu do nō est ex parte nři intellect⁹/ cū se habeat ad ista sicut ocul⁹ noctue ad lumen solis. vt dr̄ ibi

A dem. Igitur et c. ¶ Scd̄o mō est vel attendit̄ certitudo ex p̄te co gnoscentis. et hoc dupliciter. quia vel est certitudo firmitatis. et ad herentie. vel p̄bationis et appa rentie. Primo mō fides est notī cia certissima vel saltem ita cer ta sicut q̄cunq̄ opinio vel scien tia. Unde dicit Augusti. de vtili tate credendi q̄ nichil est certi⁹ homini sua fide. sed alio modo fides non est ita certa sicut opi nio vel scientia. quia non est de ita apparentibus intellectui. Et de tali certitudine loquitur Linconiensis dicens. q̄ illa sūt certiora que sunt magis appre hensibilia ab intellectu et ma gis penetrabilia. et sic credibi lia per fidem non sunt ita certa sicut cognoscibilia per scientiā vel opinionem. sed ista īcertitu titudo seu minor certitudo cre dendorum fidei p̄uenit ex indi spositione: seu imperfectiōe co gnoscentis. et est incertitudo sm̄ quid. Exemplum de sole respe ctu vis⁹ et c. Sic ergo patet quo modo fides est certior opinione et q̄uo non. Sed qñ arguitur q̄ opinio possit esse firmior. et per consequens certior ratiōe adhe sionis: hoc negatur: sicut iā pa tet et c. Ad p̄bationē qñ dicit̄ q̄ vna ratio facit opinionē alicui⁹ firmitatis igit̄ dupla in duplo

B et c. ¶ R̄ñdetur vno mō q̄. non ē naturalit̄ possibile rōnes p̄ba biles sic in infinitū fortificari et c. Itē alio mō dicit̄ q̄ supposito q̄ illud ect possibile tñ nō sequi tur q̄ intellectus p rōnes tales firmiter adhereret opinabili: si cut per fidē credibili. q: intelle ctus sic ductus p rationē p̄cise semper adheret cū aliqua formi dine. nisi illa tollatur ex impe rio volūtatis. Et sic non erit p̄ p̄rie opinio: sed fides. Itē tertio dicitur probabiliter q̄ respectu cuiuscūq̄ propositionis cuius oppositum non est euidens fir mior em assensū potest in intelle ctu agere voluntas per suū im perium cum aliquo motiuo: q̄ȝ quecunq̄ persuasio sine huius modi imperio. Ideo assensus causatus per voluntatem firmi or est q̄ȝ aliquis causatus sine voluntate per rationē probabi lem et c. Item quarto dicitur ad cōfirmationē et auctoritatē p̄hi. q̄ ip̄e vult q̄ aliqui ita afficiun tur opinionibus suis q̄ ex impe rio voluntatis ita firmiter ad herent eis sicut alij p̄positioni bus scitis: et hoc nō est ɔtra di cta et c. Similiter negatur minor ibidem assumpta. sicut patet ex distinctione et c. ¶ Ad tertiā rō nem ponuntur aliq̄ p̄positiōes

C ad tertiā rōnem.

Prima est q̄ ratio siue itellect⁹ potest induci ad assentiendū ex affectione volūtatis p ei⁹ īperi um. Nō dico tñ q̄ sine motiuo et c. Patet q̄ .i. ethi. dr̄. q̄ in bestiali bus rō corrūpitur p volūtatem Itē Ansel. de ɔceptu v̄ginali. c. iiij. dt q̄ oēs alie vires q̄ ad act⁹ suos sunt subiecte voluntati. et capitu. primo. deus nos et po testatē que in nobis est subiecit

volūtati: vt ad imperiū eiꝰ non possimꝰ nō facere quod vult ꝛc. Itē Aug. sup Joh. omel. vi. cetera pōt hō nolens. credere aūt nō nisi volēs. Itē sup illo Esa. liij. Dñe q̄s credidit auditui nostro: dicit glo. Si ei q̄rat̄ q̄re iu dei credere nō poterāt. R̄ndeo q: nolebāt. Et his patꝫ contra holkot. ꝙ actꝰ credēdi est liber ꝛ in libera volūtatis ptāte ꝛ meritoriꝰ vite eterne. Sꝫ de his magis alias. Scd̄a ꝓpositio est ꝙ nō pōt intātū augeri opinio ꝙ cogeret itellectū ꝯtra iperiū volūtatis assentire alicui cōplexo Patꝫ quia aliter fieri posset: vt aliquis esset cocte infidelis.

Tertia est ꝙ q̄uis non sit ita fortis aut ita cogens ratio faciens opinionē quin possit magis cogens dari (saltē per diuinam potentiā) tñ contra quamlibet talē potest voluntas ꝯuertere intellectū in partem oppositam. Quarta est. ꝙ scientia facit maximū assensum ꝯtra queꝫ nō potest volūtatis imperium sed contra quēlibꝫ assensū citra scientiā seu euidentiā potest voluntas auertere intellectuꝫ ad oppositū ꝛc. Non dico tamē ꝙ hoc possit volūtas p̄cise per suū imperiū sicut alias tetigi superius ꝛc. Ista autē ꝓpositio est ꝓbabilis: sed etiam videt̄ mihi ꝙ eius oppsituꝫ eque ꝓbabiliter posset poni. Sicut em̄ fidelis per imperiū volūtatis cum aliquo motiuo paruo: assentit ꝙ vna res est tres res: et q̄libet eaꝝ. ita videtur possibile ꝙ aliquis assentiret opposito alicuius ꝯclusionis sibi demonstrate per imperiū voluntatis cum aliquo motiuo. puta. ex auctoritate alicuiꝰ dicētis. pone exemplū ꝛc. ¶ Sed ꝯtra hoc ꝛ ꝓ illa ꝓpositiōe arguit̄. q: si volūtas ꝑ suū imperiū posset ꝯtra assensum euidētē: sequit̄ ꝙ possibile esset ꝙ aliquis nunq̄ faceret cōtra cōscientiā: ꝛ ꝙ dānati possēt libere tollere maximā partē pene sue. q: possent vermem cōsciētie deponere: imo possent suam penā diligere: ꝛ sic non esset pena: q: nihil est penale nisi qd̄ est cōtra volūtatē. vt ptꝫ per Augustinū. ix. de trini. ca. iiij. Ista oīa sunt absurda: sed ꝯñā ptꝫ. q: volūtas posset per imperiū suū cū aliquo motiuo imperare intellectui ꝙ assentiat per oīa conformiter sicut voluntas vult: et tūc tollitur oīs vermis ꝯsciētie: q: facere ꝯtra conscietiā seu habere vermem cōscientie nō est aliud q̄ȝ voluntatē dictamini rationis ꝯtraire. Similiter voluntas dānati posset itellectui suo iperare ꝙ assentiat isti cōplexo hec pena est summe nobilis ꝛ cōueniens: sed facto isto imperio non est ratio quare intellectꝰ nō assentiat nisi q: aliqua sunt dictamina rationis ita euidentia ꝛ q: peccata dānatorūꝫ sunt eis ita euidentia ꝙ intellectus non posset ꝓpter quodcūq̄ imperiū voluntatis talibꝰ dissentire vel cōtraire. quare ꝛc. Sed tenēdo oppositū diceretur de dānatis ꝙ hoc nō possant: q: deus non vult ad tale imperiū cōcurrere. ꝛc. De hac aūt materia alias et alibi videbit̄. hec autem ad presens sufficiant: q: satis ptꝫ ad rationem ꝛc. ¶ Ad quartā rationē respōdet̄ cōcedēdo āntecedēs

D Improbatio instantie.

E Ad iiij. rōnem.

& negando ɔñam. Et ad ꝓbationē ɔcedo q intellectus fortificatur &c. & tñ nō sequit q ad cuiuslibet veritatis noticiā possit naturalr̄ puenire &c. Dico igit q ratio ɔcluderet verū de oībus veritatib⁹ quaꝝ difficultas subest facultati naturali ipsi⁹ intellect⁹: sed sic nō est in ꝓposito: qr in omni cognitiōe obiectū se hz in ratiōe cause efficientis sc̄dm Augustinū & phm. Ideo ad illā cognitionē ad quā causandam non sufficit obiectū naturaliter agēs requiritur obiectū supnaturale. sic autē est hic. quare &c.

A ¶ Ad ɔfirmationē ad pmam auctoritatē dico: q aplus & glosa illa voluit q gentiles naturaliter deuenerūt ad cognoscēduz vnum esse deum. vnam pmam causam. ideo redarguuntur de idolatria qr volunt creaturā ꝓ deo. Similiter ad illud qd ibidē subdit glosa. dico q nō vult aliud nisi q phi deuenerunt ad cognoscenduz appropriata trium psonaꝝ: scz potentiā: sapientiā bonitatē: non tamen ꝓpter hoc sequit quo ad distinctionē psonarū. Et si forte ille hermes ad hoc puenerit: nō tamen naturaliter sz p diuinā inspirationem. Nec hoc fuit ipossibile i gētib⁹ sicut ptz de sybilla q̄ multas arduissimas veritates fidei ꝓphetice dixit: vt testat Aug. li. xviij. de ciuitate dei. versus eius recitans.

B ¶ Ad secundam auctoritatem dico. q illa glosa que est Augustini nō vult aliud dicere nisi q phi non venerunt ad noticiam tertie psone. i. potissimum effectū bonitatis. scz incarnationem: nec hāc digne venerati sūt & sic min⁹ pfecte cognouerunt appropriatū tertie psone q̄ aliarū &c. ¶ Ad tertiā auctoritatez dico. q nō desūt ratiōes q̄tuz ē ex parte reꝝ bñ q̄tū est ex pte intellect⁹ nr̄i q̄ nō pōt media inuenire ex quib⁹ tales veritates euidēter inferātur. Et sic patet q p̄dicte rōnes nō sunt ɔtra dicta. Et hoc de secundo articulo C

¶ Quātum ad tertiū articuluz in quo videndū est. Utrū possibile sit viatorē habere de ɔclusionib⁹ theologicis noticiā scientificā ꝓprie. Primo p̄mittā terminoꝝ declaratiōes. Sc̄do ponā respōsales ɔclusiones. Tertio obijciā p aliquas rationes. D Tertius articul⁹. vtrū possibile sit hr̄e scientiam de theologicis Pōla ps.

¶ Circa pmū punctū tres termini sūt declarādi. Primo quid sit theologia. Sc̄do q̄d sit ꝓprie ɔclusio theologica. Tertio quid sit noticia ꝓprie scientifica, siue scientia proprie dicta.

¶ Primo ergo declaranduz est quid sit theologia. Unde dico q multipliciter potest capi. E Theolōgia Uno modo ꝓ scriptura sacri canonis Alio modo pro actu vel habitu mentis respectu illoꝝ que in sacra scriptura ɔtinentur. Et hoc modo iteꝝ dupliciter pōt sumi. Uno modo ꝓ aliquo vno actu vel respectu alicui⁹ veritatis sacre scripture. Alio modo ꝓ multis actib⁹ vel habitib⁹ respectu pluriū taliū veritatū: sicut etiā plures actus vel habit⁹ respectu pluriū veritatū geometrie dicūtur geometria & vna scientia geometrie propter vnitatez subiecti: ad qd habent attributionē. Et hoc modo iterū dupliciter potest sumi. Uno modo ꝓ actibus vel habitibus quibus

q̄s notat sensum sacre scripture et scire vnū dictū ei⁹ p alid exponere et pbare. et alia q̄ nō formalit continent in ipsa ex his q̄ i ea cōtinent deducere et inferre. Alio modo p actib⁹ vel habitib⁹ adhesiuis in alo fidelis acq̄sitis p discursū theologicū. vel discursus theologicos de conclusionibus theologicis. Et licet q̄libet istoꝝ modoꝝ q̄n q̄ sumatur theologia: tamen magis pprie sumit vltimo modo ⁊c. Ex ista distinctione sequūtur alique ppositiōes. Prima est q sumendo theologiā pmo istoꝝ duoꝝ modoꝝ possibile est aliquē eē infidelem seu nō catholicū et tamen esse theologū. Patet: q oēm actū vel habitū pter fidē quē acquirit theologus fidelis posset etiā acquirere infidelis si esset nutritus inter xp̄ianos: et erudit⁹ in studio theologico: sicut ptz ⁊c. Secūda est q sumendo theologiā secūdo illorū duoꝝ modorum impossibile est aliquē esse infidelem seu non catholicū et eē theologum. ptz ex dictis et loquor de infideli simpliciter. q̄ nulli parti sacre scripture dat fidē qualis esset pur⁹ gentilis vel pagan⁹. Tertia ppositio est q ad eē pprie theologum non requiritur scire oēz sacre scripture sensum. Patz q hoc nō esset bn̄ possibile: sed sufficit scire de principalioribus: et maxime litteralem ⁊c. Quarta est q ad esse pprie theologū requiritur credere fideliter explicite vel implicite quicq̄d i sacra scriptura continet esse verum: et scire aliqua exponere defendere et cū omni veritate cōcordare

Viator et pclusiōibus.

Un esse theologum suscipit magis et min⁹: q: q̄ plura scit vel melius: dr magis theolog⁹. et q̄ oia esset pfectus theolog⁹. sicut satis ptz ⁊c. Scdo declarandū est quid sit pprie cōclusio theologica. Ad quod ostendendum primitus videndum est quid sit proprie discursus theologicus quia ex hoc ptz que sunt principia theologica / et conclusiones theologice. Dico igit q discursus proprie theologicus est qui constat ex dictis seu propositionibus in sacra scriptura contentis: vel ex his que deducūtur ex his vel ex altera hmōi. Patz q: secūdū beatū Dyoni. in de. di. no. ca. ij. Nō assentiēti sacre scripture non potest manuductio fieri ad theologiam ⁊c. Igitur. Item tunc solum dicim⁹ aliquid theologice pbari quando ex dictis sacre scripture concluditur: sicut Augustinus pcessit in libro de trinit. qui libro. i. ca. iiij. ita dicit. Omnes quos legere potui: qui ante me scripserūt de trinitate que deus est: hoc intendunt secundū scripturas docere q pater et filius et spiritussanctus vnius et eiusdem substantie sunt ⁊c. Non enim ait secundum aliquas scientias humanitus adinuentas / aut per probabiles propositiones / sed secūdū scripturas ⁊c. Ex hac descriptione patet que sint principia theologica. Sunt em̄ ipse sacri canonis veritates. qm̄ ad ipsas fit vltimata resolutio theologici discursus: et ex eis primo singule conclusiōes theologice deducuntur. Secundo patet que sint conclusiones proprie theo-

G cōclusio theologica.

H 1. concl.

logice distinguēdo ↄclusiōes cōtra ꝑncipia. Sūt ei ille ỽitates que nō formalr̄ in sacra scriptura cōtinētur sꝫ ex ↄtentis in ipa de necessitate sequunr̄: siue sint articuli siue nō siue sint ꝑ ecclesiā determiate siue nō. siue sint scite siue nō. Tertio pꝫ ꝙ loquēdo de veritatib⁹ theologicis large sicut in scd̄o articulo dixi multe sūt ỽitates tales que nec sūt principia theologica nec cōclusiones. Patet vt ibi dictum fuit aliq̄ue sunt probabiles precise: que nec ↄtinētur in sacro canone: nec inde sequūtur de necessitate. Quarto patet ꝙ nullus discursus qui est ex propositionibus probabilibus vel ex altera huiusmodi. est ꝓprie theologicus cōtra aureolū. q. i. Patet ex dictis. Item q: talis ex se natus est causare solum opinionē de sua ↄclusione ꝛc. Item secundūꝫ istum doctorē nullus discursus ex ambabus euidēnbus est proprie theologic⁹. Igit̄ nec ex ambabus probabilibus. ꝯña tenet per dicta ei⁹: q: ratio quare prior non est thelogicus est. q: habitus causatus ex eo nō supponit fidem vt ipse dicit. sed scd̄m eundē etiā opinio nō supponit fidem: immo nec eā compatitur vt dicit eadem. q. arti. iij. Igit̄ ꝛc Item scd̄ꝫ eundē nullus discursus ex probabilibus ad conclusionē credendam nondū determinatā est theologicus. igitur nec ad conclusionem iam determinatam: con sequentia patet: q: si illa conclusio per ecclesiāꝫ determinaretur esset consimilis processus ꝛc. Ex dictis potest dari vna regl'a meo iudicio valde vtilis. Quod si ex aliquo antecedente euidēter vel formalr̄ sequat̄ aliqđ ꝯñs: ꝛ añs sit proposito ꝓbabilis vel aliq̄ ei⁹ ps. tūc impertinēs ē ꝯñs eē conclusionem theologicā catholicāꝫ seu firmiter fide credendā. Ita ꝙ nec istud ex illo sequitur: nec sibi repugnat: ꝛ hoc satis patet intuenti ꝛc. ¶ Sed ↄtra primūꝫ correlariū arguit̄. q: sicut dicit̄ primo topicoꝝ. principia sunt que non per alia sed per seipsa habēt fidē. sed auctoritates contente in sacro canone nō per sa ipsas sed per aliud habent fidē (scꝫ ꝑ auctoritatē ecclesie) iuxta illud Augustini cōtra epistolā fundamenti. c. ij. Ego euāgelio nō crederem nisi me ecclesie catholice cōmoueret auctoritas. Cōfirmatur: q: nulla sciētia ꝓcedit ad sua principia prima ꝓbāda: sed potius ex eis ad alia sed theologia ꝓcedit ad cōcludendum articulos et alia que in scriptura continentur. vnde doctores formant conclusiones de articulis ꝛ eos ꝓbant. Pro ista ratione pono aliquas propositiones. ¶ Prima est ꝙ nō est intelligendum ꝙ prima principia nō habent fidem ꝑ alia: sic ꝙ nichil aliud ab ipsis sit causa assentiendi eis. Nam multa pricipia sumūtur ꝑ experiētias singulariū: quorū assensus causa ē experimentū vt patet. ij. posterioꝝ in fine ꝛ in ꝓhemio methaphisice. Scd̄a est ꝙ prima principia nō habent fidem per alia (scilicet principia) ex quib⁹ ipsa demonstrentur. ita ꝙ assensus illorum aliorum sit per se causa assensus circa ipsa. ꝛ ad hunc

A

B Cōtra ꝑ mū corr.

C Solutio

assensum cōcedit maior: et negat minor. ¶ Tertia ppositio q̄ p auctoritatem Aug. nō habet q̄ ipse crediderit euāgelio per auctoritatē eccl'ie tāq̄ p pncipium theologicū ex quo euangelium theologice pbetur esse verū: sz solū tāq̄ ex causa mouente ipm ad fidē euāgelij. ac si ipe aut aliud dixisset. nō crederē euāgelio nisi me eccl'ie sctitas aut xpi miracula cōmouerēt. in quo dicto licet fidei euāgelij causa aliqua assignetur: nō tamē aliquod pncipiū prius: cui⁹ fides causa sit vt euangelio credat. ¶ Sed forte diceret q̄ immo scz istud. omne qd ecclesia iubet esse credēdū est verū. Et quo pncipio cū ista minore habita per experientiā. s. euāgelio iubet ecclesia esse credendum scluditur euāgeliū eē verum tc. ¶ Pro hoc sit quarta ppositio q̄ posito q̄ Aug. ex tali pncipio credidisset euangelio (qd tn̄ ex ei⁹ auctoritate nō habetur) tn̄ illud nō fuit in eo p se pncipiū theologie ita q̄ assens⁹ theologicus acquireret in eo p aliquē theologicū discursū qui reduceretur in ipm vltimate / et p se. Qd patet. ¶ Primo quia illa maior ex sacra scriptura ē deducta / et sic est magis conclusio theologica q̄ pncipiū tc. ¶ Secundo quia si illud eēt p se pncipiū discursus theologici sequeretur q̄ quilibet articulus fidei theologice scluderetur arguendo modo p̄dicto: sed cōstat q̄ q̄uis vere et bene cōcludatur non tn̄ theologice. alioqn q̄libet fidelis adult⁹ etiā nouiter baptizatus anteq̄ audisset vel legisset sacrā scripturā recipiēs euāgeliū videndū ab eccl'ia: et habens illud pncipiū theologice scluderet quelibet articulū: et sic absq̄ studio et noticia sacre scripture foret theologus: quod videt absurdū. Ad sfirmationē negatur minor: sz intelligit de articulis expsse in sacra scriptura stētis. Un̄ si theologo aliqd tale negetur nulla theologica pbatio ei restat nisi oñdere illd eē scriptū in canone. Ad pbandū aūt illos articulos nō sic expsse stentos. vtiq̄ theologice pcedit ex dictis scripture. Doctores āt disputātes articulos et pbātes eos aliūde q̄ ex scriptura sacra nō faciunt hoc p habitū theologicum: sz p aliū methaphisicū: vl phisicū aut aliū aliquē. Un̄ pur⁹ phs nō fidelis siliter facere posset et forte aliqn̄ melius tc. ¶ Tertio declarādū est qd sit noticia proprie scientifica / vel scientia proprie dicta. Unde dico q̄ est noticia euidens veri necessarij nata causari per premissas applicatas ad ipsam per discursū syllogisticū. et capio scientiam sz qd distinguitur cōtra illos habit⁹ intellectuales. de quib⁹ loquit phus. vi. ethi. Per pmā ergo particulā excluduntur error: opinio suspitio: et fides. et alie oēs noticie que nō sunt euidētes. Per secundam excluditur noticia euidens verorū cōtingētiū: que nō est proprie scientia. Per tertiam excluditur noticia euidens primorū pncipiorū: quia illa nō habetur per discursū syllogisticū. Dico aūt nata causari: quia nō oportet q̄ de facto causetur p tales premissas. Nam potest p experientiā causari. potest eñ

D Instātia

Solutio

E Noticia sciētifica pprie.

aliqs sine syllogismo euidēt sci re: q̄ luna est eclypsabilis p solā expientiā sine syllogismo. Q̄ aūt ista scia sit scia proprie dicta Pz: q: ipa est hitus ꝟidicus. sed fm phm. vi. eth. nō sūt nisi q̄nq̄ tales. s. intellectus: sapnia: scia: ars: & prudētia. & ↄstat q̄ nō est aliquis istoꝝ nisi scientia. Igit̄ &c̄. ¶ Sed cōtra hoc arguitur p̄mo: q: non est similis modus acquirendi noticiam principioꝝ & cōclusionū: sed noticia aliquorum principioꝝ acquiritur p experiētiā sine demōstratiōe. Igitur &c̄. ¶ Secūdo aūt ista noticia est eiusdem speciei cum noticia acquisita per demonstrationem respectu eiusdem aut non ē eiusdem speciei. Non potest dici primum quia distincte cause specie: causant distinctas effect⁹ specie. sꝫ sciētie quarū vna ē per experiētiā: & alia per demōstrationem causantur per distinctas causas specie. Igitur similiter plus differūt scientia acq̄sita per experiētiam. et scientia acquisita per demōstrationē q̄z scientia. quia & scientia propter quid. sꝫ iste differūt specie. i. posteriorum. Igitur fm eē. ¶ Pro istis pono ꝑpositiōes. ¶ Prima est q̄ potest eē ↄsimilis modus acquirendi noticiā aliquoꝝ p̄ncipiorum & aliq̄rum ↄclusionū: sed preter istum modū cōmunē est vn⁹ propri⁹ noticie cōclusionum. sꝫ per demōstrationem: q̄ nullo mō potest ↄpetere noticie p̄ncipioꝝ primorū. Et sic ptꝫ ad p̄mū. ¶ Secūda est q̄ noticia cōclusionis acquisita per experiētiā & noticia eiusdem acquisita per demonstrationē sūt eiusdē speciei: quia non est incōueniēs distinctas cās spē hr̄e eosdē effect⁹ spē. sicut sol & ignis ꝑducūt eundē calorē spē. ita in ꝑposito &c̄. ¶ Tertia ꝑpositio sequēs ē q̄ si prio sciat̄ cōclusio p expientiā: & postea eadē p demōstrationem nō causabitur noua scientia distincta specie: sed fiet vnuꝫ ex gradu precedente. et sequente. sicut si primo ponatur calor per solem. et postea intēdatur p ignem. ¶ Quarta propositio ē q̄ scientia quia / & sciētia ꝑpter q̄d duplicit̄ accipi possunt. Uno modo pro demonstratiōe quia / & ꝑpter q̄d. Alio modo pro noticia causata a premissis talium demonstrationū. Si primo modo sic dico q̄ specie distiguūtur respectu eiusdem cōclusionis sicut ille demōstratiōes. & sic loq̄tur phus. i. posteriorum. ¶ Secundo modo dico q̄ non distinguūtur specie quantūcūq̄ noticie premissarum q̄ sunt cause efficientes noticie cōclusionis distinguātur specie. Et sic ptꝫ ad secūdum: et apparet descriptio scientie proprie dicte &c̄. ¶ Ex q̄ sequūtur aliq̄ correlaria. ¶ Primo apparet quid sit scibile proprie dictum. vñ dico q̄ est ꝑpositio necessaria dubitabilis nata fieri euidens p ꝑpōes necessarias euidentes per discursum syllogisticum applicatas ad ipsam. ¶ Prima conditio (scꝫ q̄ sit propositio necessaria) patꝫ. per hoc enim excluditur propositio contingens que q̄uis possit esse euidēter nota: quia tamen potest eē falsa non dicitur scibilis scientia proprie dicta. ¶ Secunda conditio (scꝫ q̄ sit propositio

[Margin notes: B arguit̄. i — arguit̄. 2 — C — E Solutō. — D — 1. ↄditio req̄sita ad ꝑpositionem scibilem.]

dubitabilis) patz. per hoc ei ex cludit ꝓpositio ꝑ se nota. q̄ q̄ꝫuis sit necessaria: q: nō est dubitabilis. nō dr̄ ꝓprie scibilis. Itē pꝫ ꝑ lincoinēsē. i. posteriorū capi. i. vbi dicit ꝙ scientia principiorum nō est acquisita per doctrinā: quia nō docemur vel addiscimus nisi illud quod cū primo concipimus est nobis dubium/ vel apparet falsū. ⁊ post dubitationeꝫ manifestatur nobis veritas. Item. ij. posteriorꝫ dicitur: ꝙ questiones sunt equales numero his que vere scim⁹. Igitur omne scibile est queribile: et per ꝯñs dubitabile. ¶ Tertia conditio est scilꝫ: ꝙ sit nata fieri euidens ⁊c̄. Quia per istam distinguitur ab aliquibus principijs que nō sunt per se nota: ⁊ ꝑ ꝯñs dubitabilia: quia tamen nō pñt fieri nota per discursum syllogisticum. ideo non sunt proprie scibilia. Uerbigratia de ista propositione calor est calefactibilis que est necessaria ⁊ dubitabilis: quia si aliquis itellectus apprehenderet calorē intuitiue solum per intellectum: ⁊ nūq̄ sensisset calorem calefacere. puta si nullum calefactibile fuisset alicui calori sibi intuitiue cognito approximatum. ita posset dubitare an calor posset ꝓducere calorem. sicut dubitat an albedo potest ꝓducere albedinē. et sic ista est ꝓpositio dubitabilis. et tamen ꝑ nullam aliaꝫ potest fieri euidens: q: est simpliciter prima. sed tm̄ per experientiā. igit̄ ⁊c̄. ¶ Sed contra scd̄am conditionē obijcit̄: q: si omnis ꝓpositio scibilis eēt dubitabilis. seq̄ret̄ ꝙ ille intellectus q̄ nō posset dubitare: vel errare: nō possꝫ aliq̄d scire qđ est falsū: q: scia nullā imꝑfectionē icludit. igit̄ non debꝫ negari a diuio intellectu.

Tertia.

E Instātia ꝯ scd̄am ꝯditionē

Solutio

¶ Rn̄dēdo dico ꝙ intellect⁹ diuin⁹ nō hꝫ sciam sic stricte sumptā: nec ista scia dicit ꝑfectionē simplr̄ sed includit imperfectionē scꝫ ꝙ sit nata ꝓduci a lia cōplexa noticia. ¶ Scd̄o seq̄tur ꝯtra aliquos ꝙ res extra. nō est obiectum scientie seu illud quod scitur sciētia proprie dicta patꝫ ex dicto correlario: q: tale obiectū est ipsa ꝓpositio demōstrabilis ⁊c̄. Item si sic. sequitur ꝙ multe scientie essent de contingentib⁹ et possibilibus aliter se habere contra philosophum. vi. ethicorum: et. i. posteriorum. Item sequitur ꝙ idem esset obiectum scientie/ opinionis/ fidei/ ⁊ erroris. ¶ Tertio sequitur contra Grego. q. i. articu. i. ꝙ complexū significabile seu significatuꝫ totale conclusionis demonstrate non est obiectum scientie proprie dicte. Patet ex primo correlario sicut ꝑcedens. Iteꝫ q: iste doctor ꝯcludit ꝙ tale ꝯplexuꝫ significabile seu significatū totale nihil ē ⁊ qđ nihil est: ē obiectū scie: sed nullū videtur posse maius incōueniēs concludi nec rationes sue ꝯuincunt: sed eas dimitto: q: ad logicā ⁊ methaphisicam spectāt. ¶ Quarto sequitur ꝯtra eundē doctoreꝫ eadem. q. arti. 3. Q꜁ ꝯclusio demonstrationis mētalis proprie accepte non est noticia vl' assensus. Oppositum ponit iste doctor in tribus ꝯclusionibus. sed tamē patet propositū: q: nō est scientia/ ⁊ actus sciendi/ ēt obiectum sci-

F

entie: sed ꝯclusio demonstrationis est ꝑpe obm̄ scie: vt dictū ē. igitur ipa nō est scia: vel assens9 scientific9: quare ⁊c. Itē contingit intellectū formare hmōi conclusionem: ⁊ tū ignorare an ita sit sicut ipsa significat ⁊ dubitare/imo ⁊ dissentire: sicut patz p experientiam. Et similiter .ij. posteriorꝫ dicitur. Qꝺ oīs cōclusio est questio ⁊ per cōsequens dubitabilis propositio: vt iā dictum est. Igitur nulla ꝯclusio est formaliter noticia vel assēsus saltē talis qualis habetur p demonstrationem. Item aliter sequeretur: ꝙ eadē propositio in mente eēt successiue. imo etiā simul credere opinari ⁊ scire. Quod successiue satis patet ex p̄dicta ratione: sed ꝙ etiam simul patz: si simul haberetur auctoritas cui assentiretur: medium ꝓbabile ⁊ medium demonstratiuum. tunc em̄ haberetur quicquid requiritur ad quemlibet talem actum. Item fidelis ⁊ infidelis possunt formare propositiones in materia fidei omnino eiusdem rationis. ⁊ tamē vn9 assentit eis quas format ⁊ alius non ⁊c. Igitur neutrum est assensus fidei. ⁊ per ꝯsequens eadem ratione nec cōclusio est assēsus sciētie. ⁊ habetur propositum. Uerū est ꝙ predictus doctor multū probabiliter sustinet oppositum: ⁊ apparenter arguit ꝯtra dicta. ¶ Sed istam materiā breuiter transeo: qꝛ ad aliā festinat intētio. ¶ His premissis respōdendū est ad articulum in quo querebať. Utrū possibile sit viatorem habere de ꝯclusionibus theologicis noticiam scientificam proprie dictā

A ij. ps. 3. arti.

Unde aduertendū est ꝙ iste articul9 duas habet difficultates: vnā generalē. s. Utrū absolute ⁊ simpliciter possibile sit viatorē per aliquē discursū syllogisticū habere de ꝯclusionib9 theologicis scientiā ꝓprie dictam. Aliaꝫ specialē. s. Utrū de cōmuni lege ⁊ naturaliter possibile sit viatorē ex per discursum theologicū de p̄dictis ꝯclusionibus habere talem scientiam. De prima autem satis patz ex predictis in isto articulo: ⁊ similiter in secunda: et tertia cōclusionibus primi articuli ꝙ de aliq̄bus sic/⁊ de aliquibus non ⁊c. sed de hac materia remitto ad ea que tractat G. ockam contra scotum. q. ij. prologi. quia nolo hic insistere. ideo dicam solum de secūda difficultate. Sunt autem diuerse opiniones circa hoc sicut recitat Ockam. q. vij. ⁊ Gregorius. q. i. prologi. Sed nolo omnes recitare: ideo vnam solam que apparet mihi probabilior: volo hic breuiter transire. Est igitur opinio ꝙ ex discursu theologico acquiritur scientia proprie dicta: ⁊ subalterna scientia dei ⁊ beatorum ¶ Cuius probatio est: qꝛ omnis habitus procedēs ex principijs sibi creditis et notis in lumine superiorious scientie est proprie scientia subalterna. patet de musica que vtiqꝫ est scientia proprie subalterna quia procedit ex principijs sibi creditis et notis in arismetrica: et consimiliter in perspectiua ⁊c.

B i. opinio

ar. p. i. opi.

¶ Sed theologia ꝓcedit ex p̄ncipijs tātū in ea creditis qualia sunt articuli ⁊ alia in sacra scriptura contenta notis aūt in su

perioribus scientie lumine. scilꝫ scientie dei ⁊ beatoꝝ. igitur ⁊c. Cõfirmatur ratio. quia deꝰ posset cõseruare in intellectu sortis habitum musice que est scientia subalterna nõ cõseruando in eo habitũ arismetrice. sꝫ in tali itellectu illa musica eẽt ꝓprie scia: ⁊ tñ de pñcipijs suis illa haberet fidẽ solum ⁊ non euidẽtiã. Igiꝛ ⁊c. Pro pdicta opinione facit ꝙ oẽs theologie doctores vocant eã sapiẽtiã. Un̄ Sapientie. x. Dedit illi scientiã sctõꝝ. Similiter. i. Coꝝ. xij. Alij datur fmo scientie. Et Augustinus. xiiij. de trinita. ca. i. huic scientie tribuo ⁊c. Et. vi. ethico. dicit habitꝰ intellectuales veridici sunt tm̄ qnqꝫ ⁊ theologia nõ ẽ aliqs illoꝝ nisi scientia ⁊c.

¶ Improbat predicta opinio.

¶ Sed ꝯtra istã opinionem arguit sic. qꝛ oĩs scientia proprie dicta est noticia euidens: vt ptꝫ ex dictis: sꝫ theologia non est noticia euidẽs (vt pꝫ ad experientiã) Igit ⁊c. Confirmatur. qꝛ ad hoc ꝙ ego habeam scientiam de aliqua cõclusione: nõ sufficit ꝙ principia eius sint alteri nota. qm̄ per nullam noticiã existentẽ in alio causari pt imediate et naturaliter aliqua scientia in mente mea. Cũ igitur principia theologie nõ sint aut fuerint nobis euidẽter nota (vt isti concedunt) seqtur ꝙ theologia q acquirit de cõmuni lege in nobis vere non est sciẽtia. Cõfirmat iterũ qꝛ si scientia subalterna potest acquiri suis pncipijs non notis acqrentibꝰ sed tantũ creditis. notis aũt alicui habenti superiorem scientiã. similiter etiã sciẽtia non subalterna poterit acquiri ab aliquo: esto ꝙ non nouerit eius principia dummodo credat illa: et alius nouerit illa. non em̄ potior ratio videtur hic q ibi: ⁊ per ꝯsequens non oportet dicere ꝙ sciẽtia est subalterna sed absolute scientia ⁊c. qd isti negant ⁊c.

Solutio rõnũ pdi. opi.

¶ Pro solutione aũt rationũ predicte opinionis pono ꝓpositiones. Prima ppõ ꝙ nulli sciẽtie siue subalterne siue nõ sbalterne sua pncipia sunt credita vel nota: quia nulla talis est suoꝝ pncipioꝝ nota fides vel intellectꝰ: iõ maior illius rõnis est falsa de ꝟtute smonis. ¶ Scda ppõ est: ꝙ si illa maior intelligitur ad bonuꝫ sensum vt dicatur ꝙ oĩs habitꝰ ꝓcedens ex principijs in lumine superioris scientie tantũ notis est scientia subalterna. tunc hoc potest intelligi dupliciter. Uno modo ꝙ illa principia sint nota hñti ipam sciẽtiã cuius sunt pncipia: ⁊ sic potest concedi. sed minor sic est falsa: quia principia theologie non sunt nota theologo vt istimet dicunt. Alio modo potest intelligi: ꝙ non sunt nota illi sed tantum credita ⁊ nota alteri: ⁊ sic est falsa: qꝛ ex noticia pncipioꝝ existẽte in vno nõ causatur scientia ꝯclusionis in alio Tertia ꝓpositio responsiua ad ꝓpositum est: nullus ignorans arismetricam nisi principia musice per experiẽtiã aut aliã viaꝫ noscat sꝫ tm̄ credit acquirit musicam que est scientia subalternata. sed tm̄ quendam habitum credituũ: quẽ si vellemus possemus vocare musicã credituam ¶ Quarta ꝓpositio pro confirmatione illius rõnis est ꝙ non omnis musica est scientia sed il-

la que solum est euidēs noticia ex euidentia p̄ncipiorū suorū im̄ediate vel mediate genita: vel aliqua alia eiusdē rōnis quā de⁹ imediate p semetipsum. vellet causare. Ideo si de⁹ aliquā musicā q̄ nūc est de facto scia cōseruaret absq3 arismetrica adhuc ipsa esset scia apta nata in actus similes in quos nūc est si cetera pariter ɔcurrerēt. Nō tñ ex hoc sequitur q̄ musica acquisita in non habente arismetricam esset scientia ꝛc.

A ¶ Ad auctoritates ibi inductas pōt dici q̄ scientia capitur ibi large ꝛ non sicut hic Uel aliter pōt dici q̄ theologia est scientia capiēdo theologiam vno modo supradicto. s. p habitu quo quis nouit sensum sacre scripture exponere: defendere ꝛ probare ꝛc̄. Qd autem ibi allegatur q̄ solum q̄nq3 sint habit⁹ intellectuales veridici intelligēdum est de habitibus euidentibus qualis non est theologia vt hic sumitur: sed est fides vt dicetur.

B ¶ Pro responsione ergo ad precedentē articulum ponā tres cōclusiones.

Opinio doct. i. ɔclūsio. ¶ Prima igit̄ conclusio erit q̄ theologia p discursum theologicū naturaliter acquisita non est scientia ꝑprie dicta: sed est in aīo fidelis quedā adhesio siue cognitio adhesiua

ii. ɔclo. ¶ Secunda ɔclusio erit: q̄ theologia huiusmodi non est adhesio cū formidine: sed est quedam fides firma/ siue credulitas cū certitudine.

3. ɔclo. ¶ Tertia conclusio erit q̄ theologia in eodē subiecto/ ꝛ respectu eiusdem obiecti non est naturaliter cōpossibilis scientie vel opinioni. s. act⁹ actui vel habitus habitui.

C ꝓbatur i. ɔclo. ¶ Prima conclusio duas hȝ partes. quarū prima satis pȝ ex p̄dictis: sed iterū ꝓbatur: q2 p nullū discursum acquiritur sciētia ꝑprie dicta q̄ nō est ex ꝓpositionib⁹ primis ꝛ imediatis: vel ex his p tales mediate vel imediate notata sūt. ptȝ pmo posteriorū. vbi dr̄ q̄ sine his vtiq3 erit sillis sȝ nō faciet sciam. Cōstat aūt discurs⁹ theologicus nō est ex talib⁹ vt patȝ in scd̄a descriptione. Confirmatur quia oīs discursus per se et ꝑprie faciens scire est demonstratio. pmo posteriorū: sȝ demōstratio est sillogism⁹ faciens scire. Constat autem q̄ discursus theologicus non est demonstratio: aliter cogeret infidelem assentire ꝛc̄. Secunda pars ꝓbat̄ quia si theologice probetur aliqua veritas non formaliter contenta in scriptura: nec p ecclesiam determinata cui ante hm̄oi ꝓbationē nō assensisset fidelis: constat q̄ in aīo talis fidelis acq̄ritur assensus de ɔclusione sic ꝓbata: qm̄ impossibile est naturaliter assentire premissis ꝛ non assentire ɔclusioni si ɔsequentia sit euidens. Dico aūt notantur in aīo fidelis siue assentiētis sacre scripture: q2 constat q̄ p discursum theologicū non causatur adhesio in aīo infidelis siue nō habentis fidem de sacra scriptura q̄uis talis noscat conclusionē sequi ex p̄missis. sicut vn⁹ fidelis vel theologus: qui non assentit premissis: quare ꝛc̄.

D ꝓbatur ii. ɔclo. ¶ Secūda cōclusio etiam duas partes habet. Prima ꝓbatur: quia oīs adherēs sine formidine aliq̄bus p̄missis adheret sine formidine ɔclusioni quā co=

gnoscit sequi ex illis: patz clare sz fidelis siue fidē dās sacre scripture assētit indubitāter pmissis discurs⁹ theologici. vt pz. igr zc. Scda pars seqtur ex pma: qr ois assensus sine euidētia z sine formidine est fides siue credulitas firma. sed adhesio causata in aīo fidelis p discursum theologicum est talis zc. ¶ Tertia conclusio includit multas ptes ideo ad declarationē ei⁹ pono aliquas ppōes. ¶ Pria est q theologia act⁹ nō est naturalr copossibilis i eodē subiecto z respectu eiusdem obiecti scientie actui: z nec similiter habitus habitui. Pria pars pbat: qr si act⁹ fidei z act⁹ scie essent naturalr copossibiles respectu eiusdē tūc nō essz necessariū: q accedente scia vel clara noticia fides cedat z p ɔsequens in patria simul cū visiōe fides remaneret. hoc aūt est falsum quia ɔtra Augustinū pmo de doctrina xpiana dicentem. q cum quisqz ad eterna puenerit descedētibus fide z spe: caritas auctior pmanebit: z eandē sententiam dicit libro. i. solilōquiorum c. xiij. Itē. xij. super Gen. ad lram Fides z spes q nūc transeundo pegrinationem valde necessarie sunt. nō erūt in illa vita: propter quā adipiscendā sunt necessarie Igitur zc. Secunda pars pbatur: qr quorūcūqz habituū naturaliter acqsitorum actus sūt incompossibiles etiam ipsi habitus sūt naturaliter incōpossibiles sz hituū theologie z scie respectu eiusdē act⁹ sūt icōpossibiles vt dctm̄ ē i pria pte. g zc. Maior ptz inductiue. Itē rōne: qr si act⁹ hituū sint icōpossibiles: cuz habitus naturaliter non acquiruntur nisi p act⁹ tales habitus nō poterunt simul acquiri. Itē detur oppositū pari rōne: dicet q nulli habit⁹ sūt incōpossibiles qr de tali incōpossibilitate non pōt cōstare nisi p incōpossibilitatē actum. g zc. ¶ Secunda ppositio est q theologicus habitus est ɔpossibilis sciētie actui: z similiter ecōtra. Probatur: qa non minus iste habit⁹ illi actui est ɔpossibilis q hitui virtutis vel vitij sit ɔpossibilis actus de gñe actuū hit⁹ oppositi. vl etiā actuali scie hit⁹ erroris oppositi. Sz ista sūt cōpossibilia. ptz p experientiam: quia aliquis habitualiter viciosus potest elicere vnum actū de genere virtutis non totaliter perdendo habitū vicij. Similiter vnus habēs habitum erroris potest elicere vnā demonstrationem non perdendo habitum predictū. Quod pz quia si obliuisceretur illam demonstrationē reperiret se promptum ad assentiendū conclusio ni opposite sicut prius. ¶ Tertia propositio est. q theologia actus non est naturaliter compossibilis in eodē subiecto z respectu eiusdez obiecti opinioni actui. nec similiter habitus habitui. Prima pars ptz: quia impossibile est aliquem adherere alicui formidando de veritate oppositi. et adherere eidem non formidando. Patet. quia aliter formidaret z non formidaret de eodem quod implicat contradictionē: ergo impossibile est eundem simul assentire eidem assensu theologico z assensu opinionis. consequentia patz: quia hec

Margin notes: E — Pbat. 3. cclo. — i. ppō. — F — ij. ppō. — G — 3. ppō

est differētia p̄ se inter fidē et opinionē: q2 fides ē adhesio sine formidine. q̄m vbi dubitatio est fides nō est. secūdū Hugonē libro .i. de sacramētis. pte. x. ca. ij. et p Aug. viij. de tri. ca. iiij. vbi vult q in eis q̄ ad fidē pertinent non licet dicere forte. Assensus autē theologicus est quodāmodo fides vt dictum est. opinio vero ē adhesio cum formidine secundū Auicē. vi. naturalium. parte. v. capi. i. vbi diffinit opinionem. q est conceptio ad quam acceditur cū formidine alterius partis. Et idem dicit linconien. in fine primi posteriorum. ergo et c. Secunda pars patz ex prima sicut prius probatum est q habitus scientie et fidei non sunt compossibiles ex incompossibilitate actuum.

A 4. ppō. ¶ Quarta propositio ē q theologia habitus est compossibilis opinioni actui. et similiter ecōtra probatur: q2 actualis assensus theologicus de nō sic eē est compossibilis habitui opinionis de sic eē. ergo theologicus habitus de sic eē est compossibilis opinioni actui de sic non eē. consequentia tenet per locum a minori: quia minus videtur de primo q̄ de secundo. Antecedens probatur: q̄a non quilibet assensus etiam sine formidine de vno oppositorum elicitus post habitum intensuz de altero opposito corrūpit totaliter illū: sicut nec quilibet actus bonus totaliter corrumpit habitualem maliciam intellectiuā ad actum oppositum: eodē modo potest pbari q habitui theologico sit cōpossibilis assensus actualis opinatiuus circa idem

Igitur et c. Et sic patet conclusio. ¶ Sed contra primam propositionē arguit et pmo ꝯ pmaz partē: q2 nō est maior repugnātia fidei ad sciam q̄ auctoritatis ad demōstrationē. pz: q2 si sit repugnātia (cū illa non proueniat ex obiectis) oportet q pueniat ex mediis: mediū autem sciētie est demonstratio. fidei vero auctoritas: sed auctoritas et demonstratio non sunt incompossibiles. quia quis potest simul habere demōstrationē et auctoritatem. Cōfirmatur quia phs frequenter post demonstrationes aliquarū conclusionum adducit auctoritates antiquorum. igitur et c. B ꝯ primā ppōnem

2. ¶ Secundo arguitur sic. quia cuicūq est possibile medium theologicum et assensus circa premissas illius eidē est cō possibilis assensus theologicus. q2 assensus cōclusionis ꝯns est ad assensum premissarū. sz scientie alicuius ꝯclusionis theologice cōpossibile est mediū theologicū et assensus circa p̄missas vt patet ad experiētiam. igit et c. ¶ Tertio arguitur contra secū dā partem. q2 actus theologie compossibilis est habitui scientie. igit et habitus habitui. Ans ptz ex secunda propositiōe et cō sequentia ptz: quia ex actu generatur habitus.

4 ¶ Quarto quia si in habitu sciētie nō staret habitus theologie. que est quedā fides periculosum esset theologis conari acquirere scientiam eorū que creduntur. q2 sic conarentur ad id per quod perderēt fidē: et p ꝯsequēs meritū et c. Ad ista rn̄detur.

C Ad pmū ¶ Ad primuz dico primo q auctoritas pōt dupl'r

sumi. Uno mō pro assensu q̄ ad-
hibet dicto seu sermoni alicui⁹
sicut dicimus aliq̄d esse magne
auctoritatis cui adhibetur ma
gna fides. Alio mō pōt sumi p
ipsomet dicto: vel s̄mone. Scđo
dico q si sumat auctoritas p'o
mō negāda est minor: qm̄ assen
sus qui proprie est auctoritas
non est compossibilis demōstra
tiōi mētali (illi scilicz) que est as-
sensus seu que inducit sciētiam.
Tertio dico q si sumat auctori
tas secundo modo neganda est
maior. quoniā demonstrationi
est compossibilis auctoritas sic
sumpta. vt satis patet intuenti.
rc. Quarto dico ad pbationem
illius maioris cuz dicit q illa re
pugnantia nō prouenit ex obie
cto rc. q licz non sit repugnātia
ex obiecto absolute est tn̄ ex ob
iecto secundum quid. Inquātū
em̄ est obiectū huius: ipsum est
tale (scz ignotū) inq̄tuz vero est
illius ipsum non est tale. sed est
notū. et hoc sufficit ad icōpossi-
bilitatē illoz actuū sicut patet
in simili in actibus voluntatis.
Desideriū em̄: r cōplacētia cir-
ca idem sunt obiectū r similiter
spes r fruitio. et tn̄ nō sūt cōpos
C sibiles circa idē vt ptz. rc. ¶ Ad
cōfirmationē dico q Arist. post
demonstrationes nō inducit au
ctoritates. sed bn̄ post suas dya
leticas rationes: r pbabiles ar
gumentationes. sed etiā si illud
faceret hoc non esset vt per eas
causaret aliquē assensū q2 hoc
nō esset possibile rc. sz vt osten-
deret cōuenientiaz doctrine sue
cum doctrinis aliorū: vel vt qui
demonstrationes capere nō sūt
idonei. auctoritatibus debz assē

suz: aut alia aliq̄ cā est. ¶ Ad se- D
cundā negat maior: r ad pbatō Ad scđaz
nē dr̄ q nō semp assēs⁹ circa con
clusionē nat⁹ cāri ex assēsu circa
p̄missas pn̄s est ad illos assens⁹:
sz hoc solū fit qn̄ potētia nō est
nata recipe. intellectus autē ha
bens assensum scientificū de cō-
clusione non est aptus pro tunc
recipere assensum creditiuū seu
fidem. Et est exemplum sicut lu
mē solis lz sit causatiuū caloris.
tamen non calefacit speras rc. E
¶ Ad tertiaz dico q actū illum
habitui esse compossibilem pōt Ad tertiaz
dupliciter intelligi. Uno modo
sic q p ipsū nec tollatur: nec re-
mittatur. et sic negatur antece-
dēs. Alio mō sic q nō tollat ex
toto / r sic cōceditur illud r hoc
modo intelligitur illa scđa pro-
positio vt patet ex probatione.
r tūc negatur consequentia. Et
ad probationem dicitur q per
nullum actum generatur habi-
tus. cum quo actu stat habitus
oppositus accipiēdo gn̄ationē
proprie pro inductiōe forme. scz
illius habitus. et sic patet solu- F
tio. ¶ Ad quartā nego conseq̄n
tiam et ad probationem dico q
vtiqz tales conarentur ad illud
per quod perderent fidem nō q̄
dem infusā: sed illā acquisitam
que dicitur theologica. Nec iste
conatus piculosus est sz vtilis.
Nec per hoc perditur meritum
q2 sicut dicit Tho. ij. ij. q. ij. arti.
x. In solutione secundi argumē
ti alij doctores. licet tales scien-
tie tollent fidem quia faciunt
esse euidens illud quod propo-
nitur: non tamen diminuunt ra
tionem charitatis. per quā vo-
luntas prompta est ad illđ cre-

dendū. etiā si nō eēt euidens. ac ꝑ hoc nō diminuūt rōnē meriti. quare ꝛc. ¶ Sed adhuc ꝯtra tertiam ꝓpositionē in cui⁹ probatione dictū est ꝙ opinio hꝫ necessario ānexā formidinē arguitur ꝛ pͥo sic. q: capio aliquē q̄ hꝫ opinionē de aliquo vero necessario vel ergo talis estimat illud possibile aliṫ se habere: aut non. si sic igitur talis opinio de vero est falsa: q: per talē estimatur illud possibile aliter se habere. cōsequēs est falsum quia ois opinio qua quis opinatur verꝫ est vera. et sic erit vera et falsa. Si vero estimat illud verū possibile aliter se habere Igiṫ illa opinio est sine formidine: quia ois noticia qua q̄s estimat rem esse sicuti est et non aliter ē sine formidine. Scđo quia nō ois actus opinatiu⁹ per sui reiterationē corrūpit habitū firmū. ergo non omnis talis est formido. Falsitas ꝯña pꝫ. aña ꝓbatur. quia ꝑhus et aliꝫ circa ea de quibus habent scientiam faciunt rōnes probabiles et opinatiuas. nec ꝓpter hoc perdūt scientiā quā habent similiter fideles ad ea que tenent fidem ꝛc. ¶ Tertio si formido esset de essentia opinionis sequeretur ꝙ aucta opinione augeretur formido et ꝙ quanto quis vellet fortius opinari tanto vellet fortius formidare. consequentia videtur nota. et falsitas consequentis pꝫ: quia aliter multum esset inutile multiplicare rationes probabiles ad aliquid probandum ꝛc. ¶ Quarto arguitur auctoritate phi. vij. ethi. dicētis. ꝙ aliqui tm̄ adherent opinionibus suis quātū aliꝫ cōclusionib⁹ suis demōstratis. ¶ Pro solutiōe pdictarum ꝓpositionū notandū ꝙ opinio multipliciṫ sumiṫ. Uno modo ꝓ ꝑsūptiōe seu assensu temerario quo q̄s est mat se scire quod nescit. ꝛ sic sumit Aug. in libr. de vtilitate credendi. c. xxi. Tria sūt inq̄t hoīm genera profecto improperāda ac detestāda vnū est opinātiū. i. eoꝝ qui se arbitranṫ scire quod nesciunt ꝛc. Et infra qđ opinamur inq̄t debemus errori. Et sic non sumiṫ hic nec cōmuniter. Alio modo sumitur pro assensu alicuius ꝓpositionis indifferenter. et sic secundum linconieñ. in fine primi posteriorū pōt tripliciter sumi. s. communiter proprie. ꝛ magis proprie. Opinio cōiter vt dicit ē conceptio cum assensu et sic est genus scientie. fidei / et opinionis proprie et magis proprie dicte. Opinio autē proprie dicta est conceptio vnius partis contradictionis cum timore alteri⁹ et secundū hoc vt dicit scientia non est opinio: sed tamen idem est scibile et opinabile. Opinio autem magis proprie dicta est conceptio veritatis contingētiꝫ inquantū huiusmodi. ꝛ ſm hoc nec scientia est opinio nec scibile est opinabile. Unde secundo modo horum triū modoꝝ sumitur hic et communiter ꝛc. ¶ Ad primā rōnē dico. ꝙ nō ē necesse ꝙ hñs opinionē de aliq̄ vᵒ necessario. ipꝫ estimet possibile aliter se habere. nec tñ seq̄tur ꝙ talis opineṫ sine formidine ptis opposite. Aliud em̄ ē timere de opposito: aliud possibile ipsum aliter se hēre. Uerbi grā. Si q̄s

A — Cōtra. 3. ꝓpōnem. Ar pͥo. — Ar scđo. — Ar ṫtio. — Ar q̄rto. — B notabile. — C Ad pͥmā rōnem.

opinet circulū posse q̄drari vtiq̄ʒ dubitat de opposito. non tñ estimat ipm nō posse q̄drari. q̄a si simul estimaret ɔtradictoria: nec estimat possibile eē ipm nō posse q̄drari. multū eñ rudis esset q̄ nō cognosceret q̄ si circulꝰ posset quadrari. nō est possibile nō posse q̄drari. Si querat̄ vnd̄ ꝓueniat ille timor opināti. dico q̄ vel ex ꝓbabilibꝰ ꝓpositiōibꝰ q̄ʒ q̄s habet ad oppositū: vl' ex ineuidentia mediū q̄d hʒ ad oppositum. Et istud scd̄m magꝭ videtur dicendum. ¶ Ad secūdaʒ nego añs ꝛ dico q̄ hn̄tes scientiam vel fidē de aliqua ɔclusiōe lʒ vtantur rōnibus ꝓbabilibus nō tñ vtuntur actibus formidolosis qui soli ꝓprie dicūtur actus opinatiui vt de opinione hic loquimur: q̄ꝛ tales ꝓbationes nullum in eis causant assensum. sicut si aliquis de aliquo ꝑ se noto iduxerit ꝓbabilia argumenta: nullū in eo causarēt assēsum. ¶ Si querat̄ q̄re ergo phs inducit cū talibus demōstrationibus tales probabiles rōnes. ꝛc. potest dici sicut supra de auctoritatibus ꝛc. ¶ Ad tertiā nego ɔñam: q̄ꝛtū eñ ad pͥmū ɔñs patet instantia in suspitione de qua non est dubiū quin semper annexā habeat formidinē: et tñ non augetur formido aucta suspitiōe: q̄ꝛ q̄ꝫto quis vehementius suspicatur: minus dubitat. Similiter instantia est de continentia: q̄ annexam habet difficultatē: ꝛ tñ cū auget̄ nō auget̄ difficultas Si dicat̄ tñ q̄ possēt multipliciter augeri rōnes probabiles: q̄ totaliter tolleretur formido: ꝛ sic eēt opinio sine formidine. Dico q̄ si totalit̄ tolleretur formido: etiā tolleret̄ opinio: q̄ꝛ q̄uis opinio possit magꝭ ꝛ minꝰ eē cū formidie. nō tñ pōt eē sine formidie sicut suo mō videri pōt in suspitiōe ꝛ ɔtinētia. Dico igit̄ q̄ si rōnes ꝓbabiles mētales sint tales q̄bꝰ assentiat̄ cū formidie: tūc q̄ātūcūq̄ʒ multiplicent̄ nūq̄ʒ tolleret̄ formido d̄ cōclusiōe cū quelʒ secū ꝓpriam ferat formidinē. Si āt sint tales q̄bꝰ assentiat̄ sine formidie tunc ɔcedo q̄ tollēt formidinē et silr̄ opinionē e ɔ̄ñabūt fidē. Quātū vo ad scd̄ʒ ɔñs pͥ istātia de ɔtinētia sic ꝑus dictū ē. Silr̄ fides ꝛ spes hn̄t annexā carētiā visionis ꝛ fruitiōis nec tñ quāto q̄s magꝭ vult credere vel sꝑare magis vult carere illis ꝛc. ¶ Ad q̄rtam pōt dici q̄ hic phus accipit opinionē ꝓ ꝑ̄sūptiōe iuxta acceptionē Augu. supradictā quod innuit̄ ꝑ illō quod ibidē ꝑ̄cedit. Quidā eñ opinātiū nō dubitāt sed estimāt scire. Ul' accipit opinionē cōiter ꝓ adhesiōe ɔdistincta ꝯ sciētiā ꝛ sic ē cōis ad opinionē ꝛ ad fidē ꝓprie dictas. et hoc sufficit ad intētionē suā. Et hec de tertio articl'o questiōis. ¶ Tūc ad rōes p̄ncipales q̄stionis ad pͥmā negādū ē añs. sicut pʒ ex pͥo articulo. Et ad ꝓbationē negat̄ ɔ̄ña: et dico pͥmo q̄ loq̄ndo de v̄tute fmōis noticia euidēs nō est in infinitū certior opiniōe: q̄ꝛ nulla opinio est certitudo siue certa cognitio ꝓprie loq̄ēdo. ¶ Scd̄o dico q̄ loq̄ndo iꝓprie de certitudine. s. apparētia de sic eē: adhuc noticia euidēs nō est in īfinitū apparētior opiniōe: q̄ꝛ euidētia non est

D
Ad scd̄aʒ rationē.

E
Ad t'tiaʒ rationeʒ.

F
Ad q̄rtā rōnem.

G
Ad pͥmā p̄ncipale


infinita apparētia. Tertio dico ad pbationē illi⁹ q̄ q̄tūcūq̄ augerent rōes pbabiles i apparētia loquēdo de rōib⁹ pbabilib⁹ q̄ hn̄t annexā formidinē r q̄ hn̄t gn̄are opinionē, ille nunq̄ possent gn̄are certitudinē. id ē apparētiā equalē apparētie noticie euidētis. q: vbi est formido. ibi nō ē equalis apparētia noticie euidētis. Quarto dico q̄ tn̄ ex his nō sequit. q̄ apparentia euidētie excedat in infinitū apparētiā opiniōis. r sic eēt infinita rc. Uerbi gr̄a. Licet pfectio asini quātūcūq̄ replicata nunq̄ redderet pfectionē hoīs / nec ei equaret. tn̄ hō nō excedit infinite asinū in pfectiōe: q: alr̄ esset infinite pfectiōis: sz de hoc alibi

A Ad scd̄m p̄ncipale videndū rc. ¶ Ad scd̄am pz q̄d dicendū est de antecedēte ex secūdo articulo scd̄e ꝯclusionis vbi de hoc visuz est satis. Auctoritas aūt Augustini ibi adducta facit pro dictis in tertio articulo rc.

B ad tertiū p̄ncipale ¶ Ad tertiaz p̄mo dico q̄ quicquid sit de antecedente loquēdo simplr̄ r absolute. tn̄ ꝯn̄a non valet q: de hoc aliqua habetur euidentia. vel haberi pōt absq̄ hoc q̄ de illo habeat sciētia proprie dicta sicut pōt apparere ex primo articulo. Secūdo dico q̄ absolute r simplicit possibile est viatorē de multis vitatibus theologicis habere scientiā proprie: licet non de oībus r de paucis communiter habet. Tertio dico ad pbationē añcedentis. q̄ ibi p̄supponitur falsū scz q̄ omnes v̄itates theologice sint de deo: sicut patet ex secundo articulo. sed tamen oēs denominantur a deo sm ethymologiā nominis. quia plares sunt de deo: et quia omnes considerantur secundum attributionem ad deum vt patuit. Quarto dico q̄ de veritatibus de deo pōt hēri sciētia p̄p̄e dicta q̄uis de⁹ nō hēat cāz nec p̄hs diffiniens scire capit ibi cāz p̄p̄e p cā icōplexa reali: sz large p oī illo cui ꝯpetit aliq̄d demōstrare et sic rō non p̄cedit rc. ¶ Ad quartā rōnem factā post oppositū q̄stionis. negat ꝯsequētia. r ad pbationem negatur añs q: supponit q̄ theologia sit scientia p p̄rie dicta. quod est falsum. vt pz ex articulo tertio. Ad rōnē inoppm̄

Et hec de prima questione r nihil plus circa prologum.

¶ Sequitur circa p̄mā distinctionē questio secunda.



Circa primā distinctionē p̄mi libri. In qua magister agit de fruitione dei. Quero vtrum nobis sit euidēter notū solū deū eē fruitiōis obiectū. Arguit p̄mo q̄ nō: q: fruitio dei non est possibilis creature rationali. igitur questio falsa. consequentia est nota r antecedens probatur. q: in tali fruitione obiectuz est improportionatum virtuti create: cum sit infinitum et virtus creature sit finita. sed inter obiectum: et potētiam perceptiuam debet eē aliqua proportio. Igitur. Unde secundo de anima commento. xiiij. dicitur q̄ sensus consistit in quadam proportione: qua non existente sensus non potest sentire. Igitur eadem ratione potentia intellectiua: r volitiua

C 2. q̄stio. Utrū sit nobis notū deū eē oīm fruitiōis. Arguit. i

cum non sit infinite potentior &c. ¶ Secundo. sic solum deo non est fruendum. Igitur questio falsa. consequentia nota. antecedens probatur quia virtutibus est fruendum secundum magistrum in prima disti. capi. v. ubi dicit quod virtutes propter se diligimus &c. ¶ Tertio sic ad principale quesitum nichil quod apparet esse contra rationem naturalem est nobis evidenter notum: sed deum esse super omnia diligendum. et per consequens solo deo esse fruendum: apparet contra rationem naturalem: secundum quam nichil est ab aliquo diligendum plus quam se ipsum. Unde homo est maximus amicus sibiipsi ix. ethi. Igitur &c. In oppositum arguitur sic. Nobis est evidenter notum solum deum esse summum bonum sed omnino videtur evidens summum bonum esse summe diligendum secundum philosophum primo ethicorum igitur. &c. ¶ Hic erunt tres articuli. In primo articulo ponam tres distinctiones. ex quibus patebit quid est fruitio. In secundo iuxta tria argumenta ante oppositum: et ad respondendum ad quesitum probabitur triplex conclusio. In tertio circa materiam questionis movebitur et solvetur triplex dubitatio ¶ Quantum ad primum articulum quia usus et fruitio sunt actus voluntatis sit hec prima distinctio. Quod aliquid potest assumi in facultate voluntatis dupliciter vel propter se/vel propter aliud. Primo modo aliquid assumitur in facultate voluntatis quando aliquid representatum voluntati per intellectum etiam si sine omni malo representaretur: assumeretur in facultatem voluntatis. Alio modo aliquid assumitur in facultate voluntatis quando assumitur alio

2. argumentum.

3. argumentum.

In oppositum.

Decisio questionis

Articulus primus.

Prima distinctio.

presentato. ita quod si aliud non presentaretur voluntati illud sine alio non assumeretur in facultate voluntatis. Primus actus non est referens vel saltem potest esse non in aliud referens. quando scilicet voluntas elicit aliquem actum circa aliquid quod eundem actum eliceret etiam posito quod nihil aliud sibi ostenderetur sicut si alicui clare ostenderetur deus. ille appeteret eum nullo alio sibi ostenso. Secundus actus est referens quando scilicet non eliceretur ille actus circa illud si nihil aliud ostenderetur vel assumeretur in facultate voluntatis. Sicut si aliquis appetit potionem amaram quam non appeteret si non appeteret sanitatem. vel saltem si non ostenderetur sibi sanitas. ¶ Primus autem modus scilicet quod aliquis actus sit non referens potest esse dupliciter. vel sic quod obiectum acceptetur a voluntate tanquam summe diligendum ab ea. et hec est diligere aliquid tanquam finem ultimum: et talis actus apud theologos proprie et stricte vocatur fruitio. Unde Augustinus libro primo de doctrina. capitulo. xxiii. Dicimus nos ea re frui quam diligimus propter se. Et infra. Si vero inheseris atque permanseris finem in ea ponens leticie tue. tunc vere: et proprie dicendus es frui. Vel aliter talis actus non referens fertur in obiectum absolute sic quod absolute acceptetur et assumatur in facultatem voluntatis nec ut summum/ nec ut non summum. non tamen referendo in aliud tanquam in finem. et talis actus improprie et large posset dici fruitio. Unde hoc modo tenet Adam. quod alio a deo est fruendum. capiendo scilicet fruitionem et dictum est pro amore absoluto:

quo aliq̃d amatur ꝑpter se sine hoc ꝙ amor ille in aliud referat̃ magis amatũ. ⁊ hoc ꝓbat ꝑ magistrũ dis. prima. vbi auctoritate Ambrosii dicit. ꝙ v̄tutes ꝓpter se petẽde sũt ⁊ amande ⁊c.
A Scd̃s etiã mod⁹ scz ꝙ aliq̃s act⁹ sit referẽs põt eẽ duplicit̃. Uno modo sic ꝙ obiectũ acceptetur a volũtate p̄cise ꝑpter aliud: et non ꝑpter se et talis proprie est vsus. et stricte. Alio modo sic ꝙ tale obiectum acceptetur ꝑp̃ se: et ꝑpter aliud. vt si aliquis diligit vinũ ꝑpter se: q: delectabile. et tamen si post considerat bonũ sanguinẽ per ipsum generari et inde sanitatem ꝯseruari. incipit diligere illud tã propter se q̃ȝ ꝑpter aliud. Et talis act⁹ large potest vocari vsus. Et satis ꝓprie oĩs actus quo aliquid diligitur ꝑpter aliud vocand⁹
B est vsus. ❡ Hoc autẽ põt esse dupliciter. q: quando aliquid diligitur ꝑpter aliud vel sic ꝙ vtrũq̃ȝ actu diligitur. vel vnũ actualiter diligitur propter aliud qd̓ habitualiter est dilectum sicut multi fideles amant facere elemosinas: et multa opera ꝑpter deũ. Quis de eo actu nõ cõsiderent. ❡ Secunda distinctio ẽ: ꝙ
C 2. distin. fruitio ꝓp̃e et stricte dicta qua assumitur aliq̃od in facultatẽ voluntatis ꝑpter se tanq̃ȝ summũ bonũ est duplex. quedã est ordinata / alia inordinata. fruitio ordinata est quãdo aliquid summe diligendum summe diligitur. Fruitio autẽ inordinata est quando aliquid sũme ⁊ ꝑp̃ se diligitur: qd̓ minus et ꝑpter aliud esset diligendũ. Sed fruitio ordinata ẽ duplex. Quedã est de bono p̄senti et iã habito q̃ quietat simplicit̃ volũtatem qualis ẽ fruitio patrie. Alia est de bono absente ⁊ nõ sic habito q̃ nõ simplit̃ quietat / qualis est fruitio vie. ❡ Tertia distinctio D
est ꝙ vsus capit̃ duplicit̃. Uno 3. distin.
mõ large et improprie ꝑ illo quo vtimur aliquo tanq̃ȝ obiecto. ⁊ sic oĩs actus volũtatis ẽ vs⁹ secundũ Augustinũ. x. de trinitatẽ cap. xi. Alio modo stricte et ꝓprie ꝓut distinguit̃ ꝯtra fruitionẽ ꝓprie dictam. et sic vti est sumere aliquid in facultatẽ volũtatis propter aliud. Et talis vsus est duplex quidam ordinatus: quidam inordinatus. Usus ordinatus est quãdo aliq̃d diligitur ꝑpter aliud quo fruendũ est. Et talis actus appropriate aliquãdo dicit̃ vsus. et sic diffinit Augustin⁹. x. de trinita. ca. xi. vtimur eis que ad aliud referimus quo fruendum est. Et sic distinguit̃ vti ꝯtra abuti. Usus autẽ inordinat⁹ est quãdo aliq̃d (quo fruendũ est) diligitur ꝑp̃ aliud. et talis actus quandoq̃ȝ appropriate dicit̃ abusus. et sic dicit Augustinus primo de doctrina xp̃iana ca. i. Usus illicit⁹ abusus potius: vel abusio nominãdus est. Sed ista acceptio est nimis stricta. Ideo ⁊c. ❡ Ex E
predictis sequũtur aliqua. Primo patet quid est fruitio proprie et scd̓m qd̓ de ea hic loquimur. Est enim fruitio actus volũtatis quo aliq̃d assumit̃ in facultatẽ voluntatis propter se ⁊ tanq̃ȝ summe diligendũ. Scd̓o patet quid est vsus ꝓprie et secundũ quod de vsu hic loq̃mur Est enim actus volũtatis quo

aliquid assumit in facultatē voluntatis nō ꝓpter se finaliter. sed ꝓpter aliud. Un̄ non capit hic vsꝰ ꝓut cuiuslibet potentie operatio dr eiꝰ vsus qualiter dicit cuiꝰ vsus bonus ipsū quoqꝫ bonū est. Nec loquimur de vsu q̄ dicimur vti potētijs ad eliciendū actꝰ suos. nec de vsu quo dicimur vti habitibꝰ cū volumus nec de vsu quo dicimur vti ipso actu: cū volumꝰ. sed de vsu quo dicimur vti aliq̄ tanq̄ȝ obiecto. nec tn̄ ois talis actus in ꝓposito vocat vsus. patz ex dictis ꝛc.

F ¶ Tertio pz ex p̄dictis q aliq̄s est actus volūtatis mediꝰ. q̄ nec est proprie fruitio: nec vsus scz quo aliquid amat. nec est tamē finis simpliciter vltimꝰ. nec tamen in aliud actualiter refert.

instātia. ¶ Et si dicat. si quid amatur et nō ꝓpter aliud. igitur ꝓpter se sed omne tale amat tanq̄ȝ finis vltimus.

R̄nsio. ¶ Dico q aliquid dicitur amari propter se qz scz si nihil aliud ostēderetur voluntati adhuc amaretur. et tamen stat q tale nō ametur tanq̄ȝ finis vltimus: nec propter aliud saltem positiue et actualiter: quia tūc tantuȝ amatur aliquid tanq̄ȝ finis vltimus quādo acceptatur tantū tanq̄ȝ sup oīa amandum sed isto modo nō omne amatuȝ ꝓpter se est amatuȝ tanq̄ȝ finis vltimus. quia aliquis apprehēdens virtutē: ꝛ non cogitans de felicitate. appetit virtutem non ꝓpter felicitatē: nō tamē appetit virtutē tanq̄ȝ sup oīa diligēdam.

G ¶ Et si petatur vtrū talis actus semper sit malus cuȝ per ipsum diligatur aliquid quod est ad finē. ꝛ non tamen propter finem. Dico q actꝰ respectu alicuiꝰ ordinari ad finē pōt nō esse malus. q̄uis nō diligat ꝓpter finē. vel nō referatur positiue ꝛ actualit ad finē. ꝛ hoc maxime si nō apprehēdat finis.

instātia. Et si dicatur q ois defectꝰ circūstātie req̄site ad actū bonū facit actū malū. sed circūstātia finis est requisita ad actū moralit bonuȝ. Igit quādocunqꝫ talis deficit: actus est moraliter malꝰ sꝫ hic deficit. Igitur ꝛc.

H Solutio ¶ Dico q nō omnis defectus circūstantie requisite ad actū bonū facit actū esse malū, vel peccatū. Tūc eniȝ ignorantia nunq̄ȝ excusaret qḋ est cōtra sanctoꝝ doctrinaȝ. sed quādo deficit aliq̄ua circunstātia ad quā eliciens actū ꝓ tunc obligat tunc est actus malus: si autē tunc nō obligatur ad illaȝ circunstantiā tunc non est malꝰ Sic aūt nō est i ꝓposito. qz iste in tali casu nō est obligatus ad volendum istud ꝓpter finē: si tamen talis eliceret actum circa hoc prestituēdo illud tanq̄ȝ finē sibi respectu oīm alioꝝ peccaret.

I ¶ Quarto patz ex predictis q aliquis est actus voluntatis qui simul est fruitio et vsus. scz quo diligitur finis. ꝛ ea que sūt ad finē propter ipsum. Et istud probat Ockam. qz sicut intellectus se habet ad principia ꝛ conclusiones: ita voluntas se habꝫ ad finē ꝛ ad ea que sunt ad fineȝ Sed intellectus licet possit intelligere conclusionem distincto actu ab actu intelligendi principia: potest tamen vnico actu cognoscere vtrūqꝫ. Igit sic erit de volūtate. Maior satis patet. sed minor ꝓbatur. qz non maꝰ

repugnat intellectui intelligere vnū discursū vel vnam ꝯñam ꝙ̄ vnā ꝓpositionē vnico actu ſʒ ſecūdū pōt ꝛc. Cōfirmat̄ q: ſcd̄m cōmuniter loquētes intellectus in patria vnico actu itelligit verbum: ꝛ res in v̄bo. ꝛ ſiliter ſcd̄m ſic loquentes voluntas vnico actu diligit deū. ꝛ creaturas. Igitur hoc nō ē negādū ab iſtis in via ex quo nō apparet euidens ratio in cōtrariū nec experiētia nec auctoritas ſcripture. Igit̄ hoc erit probabile ꝛc. ¶ Sʒ cōtra iſtō vltimū correlariū argui tur p̄io. ꝙ finis: ꝛ illud qđ ē ad finē nō poſſunt diligi vno actu. q: p̄imo poſteriorū. propter qđ vnū quodqʒ tale: et illud magis Sed illud qđ eſt ad finē diligit̄ ꝓpter finē. igit̄ finis magis diligit̄ ꝙ̄ ordinatū ad finē. ſʒ idem actus nō pōt eē maior et minor dilectio. Igit̄ ꝛc. Confirmat̄ q: ſi eodē actu diligeret̄ vtrumqʒ. ergo eque intenſo: ꝛ eque perfecto actu aliquis diligeret deū: ꝛ creaturam meritorie. ꝛ per ꝯñs nō magis diligeret deū ꝙ̄ creaturā. ꝛ ſic de⁹ non eſſet ſumme ꝛ ſup oīa diligēdus: qđ eſt abſurdum. ¶ Secūdo ſic etiā ſequeretur ꝙ aliquis act⁹ vtendi aliquo actu fruendi eſſet perfectior: cōſequēs ē falſum: q: non eſt aliquis actus volūtatis perfectior fruitione dei. ꝯña patet. q: quādo aliquo actu reſpiciūtur plura obiecta ab aliqua potentia. et eque perfecte. ille actus eſt perfectior ꝙ̄ alius quo reſpiciuntur pauciora. ſed iſto poſito actus fruēdi eſſet tantum reſpectu finis actus vero vtendi eſſet ꝛ reſpectu finis / ꝛ reſpectu illius quod eſt ad finem. ꝛ eque perfectē reſpectu finis ſicut act⁹ fruendi: q: ꝑ hoc ꝙ aliq̄s diligit aliquā creaturā ꝓpter deū non minus diligit deū. ergo act⁹ vtēdi creatura, erit perfectior actu fruēdi dei. ¶ Tertio voluntas nō pōt ſimul ꝛ ſemel habere duos actus ꝑfectos vni⁹ ꝛ eiuſdē obiecti. ſed poſito actu meritorio in volūtate quo aliquis diligit deum propter ſe. poteſt offerri voluntati aliquid diligibile propter deū quod poteſt tūc voluntas diligere propter deū. et non oportet ꝙ voluntas dimittat actum primum. igitur iſte actus preciſe terminabitur ad creaturam. Aliter enim reſpectu dei eſſent ſimul et ſemel duo actus in voluntate. Igitur ꝛc. ¶ Quarto ſicut aliquis pōt diligere aliquid propter aliud dilectum: ita poteſt aliquid deteſtari propter aliud dilectum. Igit̄ ſi actus diligendi aliquid ꝓpter aliud eſt vn⁹ act⁹ numero habēs vtrūqʒ ꝑ obiecto. pari ratione actus deteſtādi aliq̄d ꝓpt̄ amorē alicui⁹ erit vn⁹ act⁹ habēs vtrūqʒ ꝑ obiecto. ſʒ hoc eſt ipoſſibile q: tūc idē act⁹ eēt amor ꝛ odium: velle ꝛ nolle ꝛc. ¶ Pro ſolutiōe p̄dictoꝝ ꝛ maxime p̄me rationis. Et pro intellectu dictorum premitto iſtam diſtinctionem. Q: aliquam vnam rem plus diligere ꝙ̄ aliam poteſt q̄druplici̇ter intelligi. Uno modo: q: maiori actu dilectiōis diligit vnā ꝙ̄ aliā et iſta maioritas poteſt eſſe vel attendi / vel penes gradualem intentionem vel penes eſſentialē perfectionem. id eſt. dilectio poteſt dici

Inſtat̄ ꝯ iiij. corr.

Secūdo

Tertio.

Quarto.

Diſtīctō dilectionis.

maior: vel q: gradualiter intēti or: vl q: eēntialit pfectior. ¶ Secūdo modo. q: vult vni mai⁹ bonum q̄ alteri. ¶ Tertio modo q: firmi⁹: ⁊ naturalius inest sibi dilectio vni⁹ q̄ alteri⁹: ¶ Quarto modo. q: si deberet alterius amorē ex electiōe dimittere: eligeret poti⁹ dimittere amorē vni us q̄ alteri⁹: ⁊ illā diceret mag; diligere cui⁹ amorē magis eligeret ꝯseruare. Et ſ; hoc pono aliquas ꝓpōnes. ¶ Prima ē q̄ de

B us nō ē ab hoīe magis diligendus q̄ creatura p̄mo mō. exponendo magi; diligere. id ē maiori dilectiōe. Verbigratia. Dico ꝓbabiliter q̄ sortes nō tenet diligere deū maiori dilectiōe q̄ se ipsum vel aliā creaturam. siue hoc intelligit de maioritate gradualis intētionis siue eēntialis pfectiōis. Patet ex dictis. q: eodem actu pōt Sortes diligere meritorie deū ⁊ creaturā. Item patet q: Sortes pōt ita remisse diligere deū sicut vult. dummō sibi velit summū bonum / ⁊ summum honorē. et q̄ tali actu diligat ip̄m / et propter se non ꝓpē aliud tanq̄ propter finem. similiter Sortes potest licite diligere creaturā ita intēse sicut vult. dūmō nō velit sibi sūmū honorem. et non diligat ipsam ꝓpter se tanq̄ vltimū finē. Nam p̄ceptū diuinū de dilectione dei et creature nō determinat ad certum gradū intēsiōis. vel etiā pfectionis act⁹ ⁊c. ¶ Secūda ꝓpositio ē q̄ de⁹ est ab hoīe magis diligēd⁹ q̄ aliq̄ creatura secūdo mō exponēdo mag; diligere. id ē. ad mai⁹ bonū. pz clare. ⁊ sic p̄ceptū diuinū de excessu dilectiōis habēde ad deū supra dilectionē habendā ad creaturā. intelligit nō de maioritate act⁹ volēdi seu nolēdi. ſ; de maioritate boni voliti. ¶ Tertia ꝓpō est q̄ de⁹ nō est ab hoīe mag; diligēd⁹ q̄ creatura. tertio modo exponēdo magis diligere. id est firmi⁹ et naturalius adherere. pz q: quilz homo firmi⁹ ⁊ naturalius diligit se q̄ aliq̄d aliud. Vn̄ nono ethicor. dr̄ q̄ hō ē maximus amicus sibiip̄si. ⁊ q̄ amicabilia q̄ sūt ad alterū p̄suppo nūt amica bilia que sūt ad seip̄z ¶ Quarta ꝓpō est q̄ de⁹ est ab homine magis diligēdus q̄ aliqua creatura quarto mō exponendo magis diligere. Patet. q: nullo mō deberet creatura dimittere dilectionē dei ꝓ dilectione alteri⁹ rei. Et sic patet quibus modis deus est summe diligendus ⁊ quibus nō. Nullo autem predictorū modoꝝ de⁹ pl⁹ diligit vnā rem q̄ aliam. ſ; omnes equaliter nisi solū secundo modo. q̄libet etiā predictoꝝ modorū potest licite ratiōalis creatura plus diligere seipsam q̄ aliquam aliam nisi solū secūdo modo. Aliqua enim rationalis creatura tenet plus diligere. id est velle mai⁹ bonū humanitati christi vel beate virgini q̄ sibiip̄si. sed de hoc alias. ¶ Ex p̄dictis dico ad primā rationem. quod licet idem actus nō possit esse maior: ⁊ minor: intēsior et remissior: tamen eodē actu potest aliq̄d magis diligi. aliud min⁹. sicut deus eodē actu magis diligit seipsū q̄ creaturā. ad sensū dictum. Ad cōfirmationē patet ex p̄dictis q̄ non valet ista cōse

C

D Ad p̄mū

quētia eą̄ intēso actu diligit deus ꝛ creatura. ꝙ eą̄ intēse. q: diligere eą̄ intēse plus cōnotat ꝛc.
A Ad secū. ¶ Ad scđam dico ꝙ nō est incōueniēs aliquē actū vtendi aliq̄ actu fruēdi eē pfectiorē. qñ scilicet actus ille vtendi est etiā act⁹ fruendi alio obiecto. Unde non videtur ꝙ act⁹ quo creatura diligitur precise propter deum. sit impfectior: ꝙ̄ act⁹ quo diligitur precise deus. ꝛ hoc si sit actus eque intensus. qđ non semp contingit. Uñ dicit iste doctor quez insequor: pro maiori pte in hac materia. ꝙ fruitio beatifica i patria erit p̄cise a solo deo: ꝛ respectu solius dei erit pfectior ꝙ̄ q̄cunq̄ que potest eē simul respectu dei ꝛ respectu creature. Naz illa que simul pōt esse respectu dei et respectu creature potest elici a voluntate creata. alia aūt
B non. Qꝫ autez actus fruitionis qui est beatificus sit nō actiue a volūtate sed a solo deo: psuadet sic iste docto: q: visio dei beatifica est a solo deo actiue. igitur et fruitio ꝛc. Antecedens ꝛ similiꝛ ꝯñam probat sic. Quia quando aliqua duo sic se habent ꝙ sunt supernaturalia. si imperfectius illorum propter sui perfectionē ponaꝛ esse a solo deo creabile: ꝛ id quod est pfectius erit a solo deo creabile. sed habitus charitatis et lumen glorie. si ponanꝛ sūt supnaturalia ꝛ impfectiora ꝙ̄ actus fruitiōis btifice supnaturales sibi correspondētes. et sunt a solo deo actiue fm cōmuniter loquentes. Igitur ꝛc. Itē aliter sequereꝛ ꝙ volūtas beati simpliciter posset facere se non eē beatā. cū ipsa respectu cuiuslibet obiecti sit libera. ꝛ ipa simpliciꝛ possit cessare ad actu suo libero. Itē dānatus nō hēret se actiue respectu alicui⁹ act⁹ volūtatis. q: aliꝛ possꝫ se facere sine vllo actu ꝛ p cōseqns se possꝫ facere sine tristicia ꝛ sine pena. igiꝛ nec btūs ꝛc. ¶ Scđm istā viam ꝯcedēde sūt iste ꝓpositiōes. C
¶ Pria ꝓpositio est. ꝙ btūs clare vidēs diuinā essētiā pōt circa eā actiue elicere actū fruitionis Patet: q̄a voluntas nō min⁹ est potēs in patria ꝙ̄ in via. ¶ Secunda propositio est: ꝙ talis actus fruitiōis a beato actiue elicitus nō erit beatificus. nec maxime quietatiuus. ptꝫ: quia alius qui est a solo deo ē pfectior et magis quietat. Si aūt dicaꝛ ꝙ tunc haberet semper beatus duos actus fruendi deo: vnum a solo deo: ꝛ alium actiue a seipso Ponitur tertia propositio: ꝙ hoc consequens est probabile. Patet: q̄a voluntas beati teneꝛ diligere deum omnibus modis q̄bus potest. Igitur si potest actiue se habere ad aliquā fruitionem eliciet eā si nō impediaꝛ sed non impediꝛ per actum beatificū: q̄a cū illi actus distinguantur specie et non contrarientur vnus non impediet alium. Igiꝛ ꝛc. Si vero aliquis vellet negare illud ꝯsequens: posset dicere ꝙ ille actus non elicitur a volūtate ꝓpter hoc solū: quia deus D
non vult sibi coagere. ¶ Quarta propositio est ꝙ nullo modo repugnāt (imo magꝫ ꝯuenit nobilitati voluntatis ꝛ etiā rationi p̄mīſ) ꝙ volūtas sit pure passiua respectu actus beatifici.
¶ Primū apꝫet. quia q̄uis age

re in cōi sit nobili⁹ pati in cōi: eo ꝙ nobilissimū agēs est nobilius nobilissimo passo. tñ aliqͦd pati aliq̄ agere est nobili⁹: et respectu eiusdē. et respectu diuersoꝝ. Respectu eiusdē ptꝫ: q: nobili⁹ est itellectū vel sensū recipe et pati itellectionem vł sensationem: ꝙ̄ lapidem agere illas cognitiones vt obiectū rc̄. Respectu diuersorum ptꝫ: q: nobilius est recipere intellectionē ꝙ̄ pducere vnū calorē rc̄. ¶ Scd'm ptꝫ: q: ꝙ̄uis de ratione meriti sit ꝙ sit actio a merēte: tamē de ratiōe p̄mij est ꝙ sit pure passiue in p̄miato et solum actiue a p̄miāte. imo si eēt actiue a p̄miato hoc nō conueniret sibi vt p̄mium. nec i hoc haberet rationē premij rc̄. Hec ergo via est probabilis. nec est demōstratiue improbabilis: sicut nec est demonstrabilis. Uerum est ꝙ magis pbabile videtur ꝙ nulla res creata sit alicui potentie cognitio vel volitio nisi sit ab ipsa actiue: sꝫ de hoc p nunc transeo: quia de hoc alias videbitur rc̄. ¶ Ad tertiā rationem dico: ꝙ volūtas potest simł habere duos actus pfectos respectu eiusdem obiecti. maxime quando illud est obiectum totale respectu vnius actus. et tantum partiale respectu alterius sicut est in pposito: quia quando diligitur. finis precise pꝑter se. tunc finis est obiectuꝫ totale illius actus: quando aūt diligiꝉ illud qͦd est ad finē pꝑter finem tunc finis est tñ obiectum partiale. ¶ Ad quartam dico. ꝙ nō est incōueniens ꝙ idem act⁹ numero respectu vni⁹ sit act⁹ detestandi: et respectu alteri⁹ sit act⁹ amādi. s. qñ vnico actu aliq̄d detestaꝉ pꝑ aliͦd amatū. Si autē dicaꝉ. ꝙ ista sūt opposita et p cōsequēs nō pñt eidē ɔuenire. Dicēdū est ꝙ ista sūt opposita: sic ꝙ nō pñt p eodē supponere: seu eidē ɔuenire respectu eiusdē: sed bñ respectu diuersorū. sicut ē de naturali et libero. ɔtingēti et necessario. ꝙ non possunt cōpetere eidē respectu eiusdem. tamen bene respectu diuersoꝝ. sicut voluntas diuina vel pater in diuinis est principiū pducendi spiritūsanctuꝫ naturaliter et necessario. et tñ est p̄ncipium producendi creaturā ɔtingenter et libere. Similiter idē actus diuine voluntatis est dilectio dei et est odium peccati. sic igitur non est incōueniēs eundē actū volūtatis numero sortiri diuersas denominatiōes propter diuersitatem obiectoꝝ. vt ꝙ voluntas eodem actu dicatur velle vnū obiectū et nolle aliud: diligere vnū obiectū et odire aliud. ꝙ̄uis ista opinantur respectu eiusdē obiecti. Et sic patet ad istas ratiōes Et hec de p̄mo articulo. ¶ Quantum ad secūdū articulum iuxta materiā triū argumētoꝝ. Et respondēdo ad quesitū ponā tres ɔclusiōes. In p̄ma videbiꝉ vtrū fruitio dei sit possibilis creature rōnali. In scd'a vtrū sit ɔcedēdū ꝙ nullo alio a deo est fruendū. In tertia vtrū sit nobis euidenter notum solo deo eē fruendū. ¶ Prima ɔclusio. Sicut fruitio dei est possibilis viatoribus sic est eis possibilis ex puris naturalibus. ¶ Secūda ɔclusio. sicut q̄libet alio a deo est vtendū. sic nullo alio est fruēdū. ¶ Ter

Margin notes: E Ad tertiā. — F Ad quartā. — G 2. articł. — 1. ɔcł'o. — 2. ɔcł'o. — 3. ɔcł'o.

tia pclusio. sicut solo deo eē fruē dum est veraciter pfitēdū. sic nō non est nobis euidēter notum.
A p. i. pclo ¶ Prima pclusio pbat̄ ꝛ pmo prima ps q: in hoc oēs catholici cō sentiunt. ꝛ sit̄ ad hāc rationalis creatura finalit̄ ordiatur/ꝛ naturalit̄ inclinat̄. igit̄ est sibi possibilis. ¶ Secūda ps pbat̄ rōnibus dolktor. ¶ Pmo q: oē qd̄ intellect⁹ human⁹ ex suis naturalibus pt credere eē summū bonū ꝛ sūme diligēdum pōt voluntas humana ex suis naturalib⁹ summe. ꝛ sup oia diligere. q: irrationale videt̄ ꝙ homo dictet aliqd ab eo eē sūme diligēdū. tñ ꝙ nō possit illd̄ sūme diligē cū nichil magis sit in ptāte ipsi⁹ volūtatis q̄ ipa volūtas. 3. libero arbitrio. c. 3. Sed intellectus hūan⁹ ex suis naturalibus pōt credere deū eē summū bonū ꝛc. Nā possibile est ꝙ aliquis sic assentiat propter auctoritatē alicuius dicentis. vel etiam propt̄ aliquam rationē. s. q: deus est pma causa oim ꝛc. Nec oportet ad hoc credendū ꝙ de⁹ aliquem supnaturalem habitum infundat. igitur nec ad diligendū. ¶ Secūdo hō pōt p sola naturalia diligere deum plusq̄ istā rem demōstrato platone. ꝛ plusq̄ istam rem demōstrato sorte et sic de singulis ergo sup oia. psequentia tenet: antecedēs pbatur. q: intellect⁹ pōt dictare ꝙ deus est melior q̄ sortes. ꝛ q̄ plato. ꝛ sic de alijs. et ꝙ magis tenetur diligere illud qd̄ est maius bonum. igitur cū volūtas sic libera sequitur ꝛc.
¶ Tertio hō pt ex puris naturalib⁹ velle deum eē deum. et nihil aliud a deo eē deū. sed talis deo vult maximū bonum: ꝛ nulli alteri vult tm̄ bonū. ḡ pl⁹ diligit deū ꝛc. ¶ Quarto hō errās pōt diligē creaturam sup oia. ꝛ frui creatura ex puris naturalib⁹: ḡ pari rōne pt frui deo sine habitu supnaturalr̄ infuso. ꝛ sic patꝫ pclusio. ¶ Sed ꝯ istā pclusionē arguit̄. Et pmo ꝯ pmā ptem q: B
nulla dilectio ifinite pfectiōis ē ꝯ. i. pclu.
creature rōnali possibilis. ſꝫ fruitio dei est hmōi. igit̄. Maior pꝫ q: creatura rōnalis ē finite pfectiōis ꝛ finite capacitatꝫ. Minor pbat̄. q: obiecti pfectionis ē pfectior dilectio. ꝛ per psequēs infiniti obiecti dilectio erit infinite pfectionis. Aliter cū cuiuslibet finiti ad finitā sit pportio. esset dare aliquā dilectionē creature q̄n eēt dilectio dei. ꝛ tñ eēt equalis vel maioris pfectionis q̄ dilectio dei obiecti infiniti. qd̄ videtur oino impossibile ꝛc. ¶ Scdo ij. ar.
ptra scdam partē. q: si ꝛc. sequitur/ꝙ creatura rōnalis poss⁹ recte agere sine gr̄a. psequens est falsum ꝛ contra glosam Augustini super illo Ro. xi. nō est volētis neq₃ currentis ꝛc. vbi dr̄. ꝛ est verbū Aug. in lib. de pfectiōe iusticie ꝙ volūtas nr̄a nil boni agit nisi diuinitus adiuuet̄. Consequentia probatur. q: si voluntas posset frui deo sine gr̄a: posset ꝛ recte agere sine gr̄a. Nam sicut dicit Ans. mono. lxviij. Nihil aperti⁹ q̄ creaturā rationalem ad hoc, esse factam vt summam essentiam amet super omnia bona: sicut ipsa est sūmū bonum sed constat rationalē creaturam nō eē factam nisi ad opationē bonā ꝛ rectā ꝛc. ¶ Tertio 3. ar.
q: si ꝛc. Cū diligere deum super

omnia sit maximū mandatum. Mat.xxij.sequit̄ q̄ eēt possibile ex puris naturalib⁹ obseruare oīa mādata: ꝛ sic frustra daret̄ grā. Cōfirmat̄ q: seq̄tur q̄ hō ex puris naturalib⁹ posset vitare oīe pctm̄. Nā sicut q̄s posset diligere deū sup oīa. sic naturalr̄ posset cōformare se diuinis p̄ceptis p oīa: sed sic faciēdo vitaret oīe pctm̄ quia cū tali conformitate non stat pctm̄ ꝛc. ¶ Quarto q: si. ꝛc. sequitur q̄ magis diligens deū minus diligeret̄ a deo. consequens falsum. et contra illud

4. ar.

Prouer. viij. Ego diligentes me diligo. ꝯsequētia ꝓbatur. q: capio aliquē qui sibi ex puris naturalibus acquisiuit habitū intensum diligendi deum. ꝛ capio alium. in gratia nō habentē habitum talē. tunc primus pōt intensius diligere deum in hac hora q̄ secūdus. ponat̄ ita esse ergo scd̄us minus diligit ꝛ tn̄ plus diligitur q: habet grām. Cōfirmatur q: si primus decederet damnaretur. ꝛ secundus saluaretur. ergo secundus plus diligit̄ ꝛc.

C Ad p̄mū.

¶ Ad primā rationem nego minorem. ꝛ ad ꝓbationē quādo d: obiecti pfectioris est dilectio pfectior. ꝯcedo ceteris parib⁹ sed nego ꝯnam igitur infiniti obiecti est dilectio īfinite perfectionis. Nec ꝓpter hoc seq̄tur q̄ sit aliqua dilectio que non sit dilectio dei. que sit equalis. vel maioris pfectionis quam dilectio obiecti infiniti. Nō oportet enī q̄ cuiuslibet finiti ad quodlibet finitum sit isto modo ꝓportio. q̄ vnū aliquotiens replicatū possit reddere pfectionē alterius/ seu eā attigere/ vel excedere sicut alibi vidēdum est. ¶ Si aūt dicat̄ q̄ in infinitū pfectius est diligere deū q̄ lapidē. seu aliud creatū. ergo diligere deū est infinite pfectiōis. ¶ Uno mō pōt dici negādo añs sicut tactū fuit in fine p̄cedētis q̄lhōis. in solutiōe p̄me rōnis añ oppositū. ¶ Alio mō dicūt aliqui negādo illā cōsequētiam. Uñ dicūt q̄ est instātia qñ fit cōparatio inter distincta scd̄m spēm. sicut nō sequitur in infinitum Sortes est pfectior asino. ḡ Sortes ē īfinite pfectionis. Similiter nō sequitur q̄ corpus in infinitū excedit lineam/ ꝛ linea punctū. ponēdo q̄ talia sint res quedā. ergo corpus est infinitum. vel linea est infinita. Q̄ añs sit verum ꝓbatur quia corpus excedit supficiē. ꝛ linea punctū pluſq̄ in duplo pluſq̄ in triplo. ꝛ sic in infinitū. Et sic posset argui de Sorte ꝛ de asino. Similiter datur instātia sic. Non seq̄tur a. in infinitū mouetur velocius q̄ b. ergo a. mouet̄ in infinitū velociter. Ponat̄ q̄ b. sit vnū mobile motū difformit̄. sic tñ q̄ nunq̄ moueat̄ ita velociter sicut sol sed p vnam horam tardius ꝛ tardius moueat̄. ꝛ sit a. sol. tūc hec est vera. in infinitū mouet̄ veloci⁹ a. q̄ b. q: b. mouetur ī īfinitū tardi⁹ q̄ a. q: pluſq̄ in duplo pluſq̄ in triplo tardi⁹ ꝛ sic in infinitū. Nā de a. q̄ non tunc oportet ꝯcedere q̄ in certa ꝓportiōe b. mouet̄ tardius q̄ a. sit ergo in quadruplo. Contra. q: in aliqua parte hore mouet̄. b. tardius q̄ ī quadruplo. ergo nō p̄cise ī quadruplo mouet̄. b. tardius q̄ a. Itē aliter ꝓbatur sic in p̄ma parte ꝓportionabili

D Instāti.

solutio. i

solutō. ij

huius hore. b moueatur tardi⁹ q̃ a. et in scd̃a tardi⁹ q̃ in p̄ma. et in tertia tardi⁹ etc. Et sic nulla tarditas fuit maxia q̃ b. mouebat. Igit in infinitū mouebat tardi⁹ q̃ a. et tñ nō est verū q̃ b. moueat infinita tarditate. nec a. infinita velocitate. sic pōt dici in pposito etc. Sz de hac materia vidēdū est in materia de pfectione specierū.

A Ad scd̄z ¶ Ad secundā rōnez respondebo p ea et sequētibus pono quattuor ppōnes. Prima est q̃ nullus homo pōt stante lege per pura naturalia implere preceptū de dilectiōe dei super oia. Patz. qr lex que est iubet q̃ actus cadens sub p̄cepto fiat in gr̃a. que est habitus supnaturalis. ergo lz existens extra gr̃am per sola naturalia possit diligere deū super oia. non tñ implet preceptū ad intētionem precipientis nisi sit in gr̃a. Et hoc est q̃ multi doctores dicūt q̃ homo potest implere p̄ceptū quantuz ad substantiam p̄cepti vel facti cadentis sub precepto, nō tamē q̃stum ad circūstātiā facti et intentionem p̄cipiētis. Et ad hoc est determinatio eccl'ie. de consecratione dis. iiij. c. vlti. Qui dixerit q̃ sine gratia possum⁹ mandata dei implere p liberū arbitrium anathema sit. Uñ contrariū fuit heresis plene ipoꝝ pelagianorū etc. Secūda est q̃ nullus hō potest stāte lege per pura naturalia recte agere meritorie. Et loquor de merito vite eterne. Pz ex prima. et iō si quis p pura naturalia eliceret actuz dilectiōis dei sup oia. nō eēt sic meritori⁹ etc. Tertia est q̃ null⁹ hō pōt stante lege p pura naturalia sine gr̃a recte agere simpliciter et absolute. pz. qr null⁹ simpliciter et absolute agit recte nisi q̄ agit qformit legi dine. sz nullus sic agit nisi sit in gr̃a fz legē statutā etc. Quarta est q̃ aliq̄s pōt stāte lege p pura naturalia sine gr̃a moralit recte agē. Patz qr p recte agere moralit nihil aliud intelligo nisi agē qformit dictamini rōnis. quā phi morales sicut Aristoteles, Tullius, Seneca, aut alij silēs vocassēt rōnē rectā. sz qstat q̃ aliq̄s existēs extra gr̃am pōt sic agere. Igit etc. Et p ista ptz ad rōnē et apparet solutio ad mltas auctoritates sctōꝝ q̄ in hac materia videntur sibijnuicē repugnare.

B Ad tertiū ¶ Ad tertiā ptz ex dictis qualiter homo ex puris naturalib⁹ possit obseruare dei mādata: et qualiter non ¶ Ad cōfirmationē negat q̄ña loquēdo scd̄m legē statutam etc.

C Ad. iiij. ¶ Ad quartā et ei⁹ confirmationē dico p̄mo q̃ q̄ña nō valet. non em̄ sequit deus infundit ipsi a. charitatē, vel conseruat vel auget, et non ipsi b. ergo plus diligit etc. Similiter nec seq̄tur. de⁹ saluaret a. si nunc decederet in gratia et dānaret b. quia non est nunc in gr̃a. ergo plus diligit a. q̃ b. Instantia pz. si b. sit predestinat⁹ existens nūc in mortali pctō et a. sit prescitus existens nunc in gr̃a etc. Secūdo dico q̃ cōsequens non est impossibile. Nā de facto verū est in exemplo iam dicto similiter p̄destinatus q̄ dormit et actu non diligit deū plus diligitur a deo q̃ p̄scitus q̃tūcūq3 diligat deū. Dico tertio p intellectu scripture q̃ ly diligere capit equoce in scriptu

ra. Uno modo ꝑ motu/ vel actu volūtatis quo vult deo bonum. Alio mō ꝓut id significat ꝙ pse uerāter viuere scdꝫ dei mādata iuxta illō. Joh. xiiij. Qui habet mādata mea ⁊ fuat ea. ille est qui diligit me ⁊c. Quarto dico ꝙ q̄ scdo mō pl⁹ diligit plus diligit. sed nō opꝫtet pmo mō. Nā xps plus dilexit petrum qn̄ negauit eum q̄ȝ iudam qn̄ etiam ipe erat in gratia. q̄a ad maius bonum. ⁊ sic ptꝫ ad rationē. Et de pma cōclusione. ¶ Secunda ꝯclusio ꝓbatur: ⁊ primo pma pars. quia quodlibet aliud a deo ꝓpter deum ⁊ ꝓpter ipm factū est. Nam ipse est finis vltim⁹ ⁊ prima causa effectiua oim alioꝝ. Igitur omi alio a deo propter deuꝫ est vtendū. Secunda pars pꝫ: quia nichil aliud a deo est sup omnia diligendū ⁊c. Tamē ad maiorē declarationē ei⁹ cōclusionis pono quattuor ꝓpositiōes. ¶ Prima est ꝙ licet quodlibet ens siue deus siue creatura possit esse obiectū actus vtendi. tamē de⁹ non est obiectum vsus ordinati. Prima pars pꝫ. quia quodlibet quod volūtas potest referre ad aliud potest esse obiectū actus vtendi. sed volūtas ex libertate sua potest referre quodlibet ad aliud: ⁊ quocūq̄ȝ sibi ostenso potest aliud magis diligere ⁊ per cōsequens potest diligere ipsuꝫ ꝓpter aliud. Scda pars ptꝫ. q: deus est finis vltimus. sed tale non est ad aliud referibile. Secūda ꝓpō est ꝙ quodlibet aliud a deo pōt eē obiectū vsus ordinati. Ptꝫ q: quodlibet aliud a summe acceptato pōt assumi ordinate a facultate volūtatis ꝓpter summe acceptatum. Nam quodlibet tale aut est bonū aut maluꝫ. si sit bonū ꝓpter summe acceptatū pōt ordinate amari: si sit malum pōt odiri ꝓpter ipꝫ deū sūme amatū ⁊c. Tertia est ꝙ aliq̄d aliō a deo pōt eē fruitionis obm inordinate. Patꝫ. q: aliqua creatura pōt seipam diligē sup oia/ ⁊ tāq̄ȝ finē vltimū. ⁊ sic ex hoc pꝫ rn̄sio ad formā q̄stiōis ⁊c. Quarta est ꝙ nichil aliō a deo est aut eē pōt saltē scdm legem statutā ꝓ nūc ordinate fruitōis obiectū. Pꝫ. q: ois dilectio qua aliquid aliud a deo diligeretur sup oia/ siue tanq̄ȝ finis vltimus esset inordinata ⁊ culpabilis secundū legem statutā. Et dico secundū legē statutā. q: nō videt̄ impossibile/ nec implicare ꝯtradictionē ꝙ deus posset absolute obligare creaturā ad vtendū deo ⁊ fruendum seipsa. aut alio obiecto creato. ¶ Et est hic aduertendū ꝙ qn̄ dico ꝙ deus nō est obiectum vsus ordinati nec creatura est obiectū fruitionis ordinate nō volo dicere quin aliquo actu qui est vsus ordinate diligatur de⁹. ⁊ aliquo actu qui est fruitio ordinate diligat̄ creatura. Nā eodē actu (vt supra dictum est) ordinate diligitur de⁹ ⁊ creatura ꝓpter deum: ⁊ talis actus est vsus ⁊ fruitio. ⁊ habet vtrumq̄ȝ pro obiecto. sed volo dicere ꝙ deus non est obiectum quo ordiate vtamur. nec creatura est obiectum quo ordinate fruamur: ⁊ sic ptꝫ diuers⁹ sensus tituli q̄stionis ⁊c. ¶ Sꝫ ꝯtra istā ꝯclusionē arguit̄ ⁊ pmo ꝯtra primā partē. q: odio dei nō ē vtēdū igit̄ nō q̄olibet a deo ⁊c. Añs pꝫ

C ꝓbat. ij. ꝯclo

D

E ꝯ. ij. conclusion

bat. qr odiũ dei nõ est ordinate i deũ referibile. Nã seqt. refert. ergo est. sꝫ nõ põt esse ab aliq volũtate sine pctõ. ergo nec potest referri in deũ ab aliqua voluntate sine peccato. quare rc. ℂ Scdo non 2. arguit quolibet alio a deo põt volũtas abuti. ergo nec ordinate vti. cõsequẽtia tenet. qr vsus r abusus habent fieri circa idem. Añs pꝫ qr scdm Aug. libro. ij. de libe. ar. Uirtutibꝰ nemo male vtitur ceteris autẽ bonis non solũ bene sed etiã male quisqꝫ vti potest. ℂ Tertio arguitur ꝯtra scdam 3. arguit partem. omi illo est fruendũ qđ potest satiare volũtatẽ: sed aliud a deo est hmõi. igit maior videt nota. Probatur minor. qr quando aliqui actus alicuius potentie sic se habent q vnus est simpliciter pfectior: si actus simplr imperfectior potest satiare illam potentiã. multomagis hoc põt actus perfectior. Sed possibile est q aliquis actus voluntatis respectu alicuiꝰ creature sit pfectior q actus voluntatis respectu dei. qr cũ actus respectu dei sit finis r p consequens habeat certã pportionem in pfectiõe ad alios actus possibile erit q fiat aliquis actus pfectior respectu creature rc. vel q tantuꝫ multiplicetur respectu creature q eq ualeat actui respectu dei rc.

ℂ Quarto. qa si deꝰ est summe diligẽdus hoc non est nisi quia summũ bonũ est summe diligendũ. sꝫ scdꝫ philosophũ. 3. thopi. sicut summuꝫ ad summũ et magis ad magis rc. et per ꝯsequẽs si summũ bonũ est summe diligẽdum: et magis bonũ erit magis diligendum: et sic angelus erit magis diligendꝰ ab hoie q ipsemet. qđ est ꝯ phm. ix. ethi. et Augustinũ de doctrina xpiana vbi ponit ordinẽ charitatis rc.

ℂ Ad ista rñdet. Ad pmã rõnẽ negat añs. r ad pbationẽ dico q lꝫ ista ꝯña possꝫ negari odium refert rc. ergo est. vt pꝫ satis. tñ cõcesso ꝯsequẽte. dico q non sequitur/ odiũ dei non põt esse libere a volũtate aliqua sine peccato. ergo nõ põt referri in deũ a voluntate aliqua sine peccato. Nã ab alia volũtate non odiẽte põt referri p actum detestãdi seu nolendi. in quo nõ soluꝫ non peccaret sꝫ mereret rc. ℂ Ad secundã dico q isti termini vti et frui accipiũtur equoce. Nã vno modo dicimur vti vel frui aliq tanq potentia vel habitu: sicut dicimus artificem vti arte sua: et hoc modo etiã diceremus q fruitione fruenduꝫ est. scilꝫ deo. Alio modo dicimur vti vel frui aliquo tanq obiecto. r sic capitur in pposito: vt patuit. Si ergo pmo modo capiatur vti r pportionabilit abuti. verũ est qđ assumitur. et sic intelligit Aug. non secũdo mõ. ℂ Ad tertiã dico pmo q nichil aliud a deo potest satiare volũtatẽ obiectiue. hoc aũt solum fide creditur/ nec est euidens. Scdo. dico q nullꝰ actus voluntatis respectu alterius a deo potest ipsam formaliter satiare: quia nullus alius actus excludit omnem anxietatem et tristiciã: qa quocũqꝫ alio obiecto creato habito põt volũtas aliquid aliud cum tristicia appetere. Tertio dico ad pbationem q actus fruitiõis diuine essentie est pfectissimus actꝰ

A Ad pmã
B Ad scdꝫ.
C Ad tertiã.

et ille sol⁹ est ꝗetiuus volūtatis create. Quarto dico ꝙ lȝ iste actus sit finit⁹ finite pfect⁹. nō tñ posit attīgi ab aliq̄ alio actu seu alijs actib⁹. Vñ argumētū solū habȝ locū qñ talia quoꝝ vnū ē perfectius ⁊ aliud imperfectius sunt eiusdem rationis. Sed dicetur. solum finite bene est creature rationali per fruitionē respectu dei sed in infinitum contingit bene esse creature rationali per aliud a fruitione siue subducta fruitione. Igitur ita bene vel melius contingit eē rationali creature per aliō a fruitiōe sicut bene est ei per fruitionem. consequentia videtur nota: et similiter prima pars antecedentis: sed secunda probatur: quia ostendatur voluntati aliquod obiectum aliud a deo sub ratione boni ⁊ delectabilis tūc voluntas potest illud diligere et in eo delectari quantum illud apparet sibi bonum et delectabile. Iterum ostendatur sibi duplum diligibile sub ratione in duplo diligibilis et delectabil'. tunc poterit in duplo plus ⁊ diligere et delectari. et sic arguaȝ de tertio. quarto. quinto. ⁊ deinceps. Igit̄ ⁊c. ¶ Ad hoc respondet vnus negando ꝯñam p̄mam sȝ iudicio meo licet sit facile sic dicere. non est tamen facile intelligere. nam ipse videtur negare manifeste verum. s. illam ꝯñam: et concedere falsum. s. partē antecedentis secundam. quare ⁊c. Ideo concessa ꝯña nego illam partem secundam antecedentis: et ad probationē dico. Primo ꝙ esset deuenire aliqñ in tali ꝓcessu ad aliqđ obiectū qđ nō amabit̄ a volūtate nec delectabit eā. Et hoc est ꝓbabile ꝓpter limitationē capacitatis volūtatis. Nam qñ dilectio ⁊ delectatio volūtatis respectu illoꝝ obiectoꝝ sic p̄sētatoꝝ erit tāta quāta pōt capere volūtas: obiectū vl̄terius p̄sēta' ū non delectabit quare ⁊c. ¶ Scd̄o dico ꝙ quātūcūqȝ fiat in volūtate delectatio aut dilectio respectu taliū obiectoꝝ nūꝙ̄ tñ satiat̄ ꝓpt̄ hoc. Et rō est: q: quodlȝ aliud a deo secū affert quādā indigentiā potissime illi potētie q̄ est capax dei sicut diuitie auaro ⁊ hmōi. sicut etiam posset poni exēplū ꝙ rōes dialetice et natura sui semꝑ adducunt formidinē. ideo q̄ꝗt sunt nō possunt causare ita ꝑfectum assensum. sicut demonstratio. ¶ Dico tertio ꝙ aliq̄ fruitio respectu dei est ita ꝑfecta ꝙ per ipsam satiatur volūtas creata: q: fruitio beatifica excludit omnē indigentiam: ⁊. hoc naturaliter quod dico: q: forte de potentia absoluta posset compati secum tristiciā sicut fuit in xp̄o ſm aliquos ⁊c. Quarto dico ꝙ cuilibȝ rationali creature frui deo beatifice est sūme bene esse sibi possibile. Ptȝ ex p̄dictis. quia licet per fruitionē solum finite bene sit rationali creature. tñ per nichil aliud potest sibi ita bñ esse subducta fruitione. Quod pȝ q: si aliter posset ⁊c. hoc videretur maxime per vnionē ypostaticā. sed hoc non quia ista conuenire potest tam rationali ꝙ̄ irrationali creature. sed fruitio soli rationali creature. Igitur ⁊c. consequentia tenet. quia sic probat phus. i. ethico. in voluptatibus

Instātia

Solu. 1.

Solu. 2.

Solu. 3.

carnalib⁹ nō esse felicitatē. Sȝ
A de hac materia in tertio. ¶ Ad
Ad q̄rtā q̄rtā dico p̄io q solus deus est
sūme diligēdus q: ē sūmū bonū
Et q̄n dr q sicut maximū ad ma
ximū. Dico q illa p̄pō nō ē vni
uersaliter vera: quia sūmū ens ē
p̄ductiuū summi effectus. et tn̄
non semper perfectius ens est
productiuū effectus perfectio-
ris. Nam angelus nō potest p̄-
ducere nisi accidens: et tn̄ mul-
ta minus pfecta producūt sub-
stantiam. ¶ Secūdo dico de cō
sequente q homo pōt licite ma
gis diligere angelum q̄ seip̄m
id est velle maius bonū angelo
q̄ sibiip̄i. Patet. q: pōt licite vel
le angelū esse angelū. et nō vel-
le sibi aliquod bonū ita magnū
sicut est bonū angelū esse ange
lum ⁊c. Uerum est autem q hō
saltem viator potest licite plus
diligere se q̄ angelū. i. ad mai⁹
bonū intelligendo de bono bea
tifico: q: de illo intelligitur ordo
B charitatis ⁊c. ¶ Tertio dico q
hō pōt licite. immo tenetur ma-
gis diligere aliquā aliā creatu-
ram q̄ se. i. ad mai⁹ bonū etiam
beatificū. Ptȝ. Uiator sic tenet
magȝ diligere hūanitatē xp̄i: q2
tenetur credere deū velle se non
habiturum tm̄ bonū beatificuȝ
sicut xp̄s. Igitur ⁊c. Quarto di
co q hō pōt licite. imo tenetur
magis diligere se q̄ aliquā ali-
am rōnalē creaturā in statu vie
i. ad maius bonū beatificū. Pȝ:
q: iste est ordo charitatȝ de quo
dr: charitas est ordinata. s. p̄io
ad deū: deinde ad seip̄m. postea
ad proximū. Unō hoc intelligit
de rōnalibus creaturis existēti
bus in statu vie. per p̄ximū em̄
intelligit rōnalis creatura via-
trix. Quod pȝ: q: de beatis hoc
nō dȝ intelligi. Nā q̄libet btūs
aliū beatū quēlibet tenet dili-
gere ad tm̄ bonū beatificū q̄tū
videt q de⁹ vult ip̄m habere: et
sic q̄lȝ min⁹ btūs pl⁹ diligit ali-
um magȝ btm̄ q̄ seipȝ ⁊ ad hoc
tenet: ⁊ sic pȝ q̄liter debet intel-
ligi p̄ceptū de dilectiōe dei sup
oīa ⁊ sui post deū: ⁊ p̄ximi post
seip̄m ⁊c. Et hec de cōclusione.
¶ Tertia ɔclusio p̄bat ⁊ primo ¶ Probat 3. ɔclō.
p̄ia pars: q: deo est fruendū: et
nullo alio ab ip̄o ē fruēdū. Igi
tur ⁊c. ɔña pȝ. ⁊ scða pars antis
⁊ scða pars ɔclusionis scðe. sed
primn patet p Aug. i. de doctri.
xp̄iana. Res q̄bus fruēdū ē: sūt
pater. fili⁹. ⁊ spūssctūs. Uñ ista
est cōclusio catholica ⁊c. Scða
pars ɔclusiōis p̄bat: quia nō ē
euidenter notū deū esse: igit nec
est euidēter notum solo deo esse
fruendū: imo nec deo eē fruēdū
consequentia patet: quia ex op-
posito sequitur oppositū. ⁊ an-
tecedens patet: quia deum esse
sola fide tenet ad hebr. xi. Cre-
dere em̄ oportet accedentem ad
deum. quia ē ⁊c. Item supposi-
to q aliūde q̄ per fidē hoc pos-
sit p̄babiliter haberi. nō tamen
euidenter: vt post p̄babit. Tn̄
ad maiorem declaratiōnē hui⁹
partis pono quattuor proposi
tiones. ¶ Prima est q nō est no
bis euidenter notū nullo alio a D
deo esse fruendum. Patet. q: di-
centi q aliquo creato est fruen
dum: et quod tale est super oīa
diligendum non potest euiden-
ter probari oppositum: sicut si
quis diceret q homo debet se-
ip̄m sup oīa diligere. Nā p̄hus

videt hoc dicere.ix.ethico. et ad hoc etiā quilȝ hō naturaliter inclinat ꝛc. Scḋa ē ꝙ nō est nobis euidenter notū: deo esse fruēdū ptȝ p rōnē iā factā. Hic tn̄ dicit vn⁹ ꝙ licet non sit euidens siue euidenter demōstrabile deo esse fruendū siue deū esse ab hoie super oīa diligēdū. tn̄ ista ypothetica ꝯditionalis. si deus est: de⁹ est super omnia diligendus ab homine est euidens seu naturaliter ratione demōstrabilis. Et hoc ꝓbat ex significato huius vocabuli deus seu ꝯceptu queȝ habemus de deo. s. ꝙ sit vnum creans et conseruans libere oīa ad cuius non esse sequitur nō eē omnium. sine quo nichil possumus. ꝛ cetera bona que de deo concipim⁹. Vn̄ arguit sic. Illud est summe diligendum ab hoie quod scitur ab eo eē summū bonum sibi. sed si sciatur ab hoie ꝙ de⁹ est. scitur ꝙ ipē ē summū bonū homini. Igit ꝛc. Sed istō dictū non est verū meo iudicio. Vn̄ dico ꝙ illa cōditionalis nec est euidens: nec euidēter demonstrabilis: nec ratio facta valet. Primo quia supponit falsū. scȝ ꝙ significatū siue diffinitio q̄d nominis huius termini de⁹ sit illa oratio composita ex oībus predicatis significantibus perfectiones dei. quod si esset verū pari ratione argueretur ꝙ iste conditionales essent euidentes si deus est. deus est trinus. si de⁹ est: deus generat deū ꝛc. ¶ Secundo ergo dico ꝙ quid nomīs huius termini deus: est ista oṙo summū bonū in entib⁹ siue aliq̄ proportionabilis ideo rō nō valet q: licet aliquis sciat ꝙ de⁹ ē et per ꝯn̄s ꝙ aliq̄d est sūmū bonum in entibus: nō tn̄ sequitur ꝙ sciat ꝙ illud est sūmuȝ bonū. nec per ꝯn̄s ꝙ sit ab eo sūme diligendū. ideo pȝ ꝙ nec cathegorica nec ypothetica ē euidēs ꝛc ¶ Tertia ꝓpositio est ꝙ nō est nobis euidēter notū ꝙ volūtas nō possit quietari aut satiari in aliquo circa deū. Ptȝ q: nō pōt euidēter ꝓbari qn̄ volūtas possit recipere vnū actū ab aliquo ente creato sicut a causa imediata: q̄ satiet totū appetitū volūtatis immo difficille est sustinere oppositū sicut patuit supra. Ex hoc sequit ꝙ opinio Auicēne q̄ ponit ꝙ inferior intelligentia beatificatur in intelligentia supiori nō potest euidēter īprobari. Patet ex dictis ꝛ satis notū est. Quarta ꝓpositio ē ꝙ non est nobis euidenter notum ꝙ voluntas possit quietari aut satiari per aliquē actū. Patȝ q: nō pōt euidēter ꝓbari quī quocumq actu possibli posito i ipa volūtate possit libere velle aliq̄d aliō: et tristari etiā si careat illo. ꝛ ita nec est euidens ꝙ volūtas possit satiari aut quietari fruitione beatifica quā ponim⁹ nec ꝙ non possit quietari aut satiari aliq̄ respectu alicuius creature. Ex hoc sequitur ꝙ nō est nobis euidenter notū ꝙ fruitio beatifica quam speram⁹ sit nob possibilis: sed hoc est tm̄ fide creditum. vel etiā dyalectica et probabili ratione persuasum. patȝ ex predictis ꝛc. ¶ Sed cōtra predictam conclusionem arguitur et primo contra primam parteȝ probando ꝙ ipso deo non ē fruendum. quia fruitio succedit de

E Improbatio.

F

G Cōtra cōclusionem.

siderio igit͛ erit idẽ obiectũ frui tionis ⁊ desiderij sꝫ desiderium est respectu act⁹ quo postea ha bebit͛ de⁹. ⁊ nõ respectu dei ab solute. Nõ eñ desideram⁹ deuꝫ nisi qꝛ desideram⁹ videre euꝫ ꝙ fruitio nõ ẽ de deo absolute sed de visiõe ⁊c. Confirmat͛ qꝛ frui tio ẽ respectu alicui⁹ cõplexi. qꝛ respectu eiusdẽ respectu cui⁹ ẽ desideriũ: sꝫ desiderium ẽ respe ctu alicui⁹ cõplexi. nõ eñ deside ramus deũ sꝫ videre aut habe re eũ ⁊c. Scđo contra eãdẽ par tẽ ꝓbatur ꝙ nõ solo deo est fru endũ. quia ipa fruitione est fru endũ. igitur. Antecedens ꝓba tur. qꝛ fruitio est diligenda aut ergo dilectione q̃ est ipsamet vl' alia. Si ipsamet ergo fruitione diligenda est fruitio: ⁊ per con sequens fruitione fruendum ẽ. Si alia iterũ illa est diligenda ⁊ ꝑ consequens ponenda est alia dilectio qua diligat͛. ⁊ sic tertia quarta. ⁊ sic infinite erũt simul vel erit aliqua dilectio non dile cta. Confirmatur. qꝛ significet a. deum. ⁊ b. fruitionẽ sortis de deo. vel ergo sortes tenet͛ equa liter diligere. a. ⁊ b. ⁊ ꝑ ꝯseq̃ñs frui vtroqꝫ. vel tenet͛ magis dili gere. a. q̃ꝫ. b. ⁊ ꝑ consequens vel le magis. a. esse q̃ꝫ. b. esse. igitur citi⁹ deberet velle omẽ illud qđ repugnat ad. b. esse quam ad. a. esse. sed odiũ dei repugnat ad. b esse. ergo citi⁹ deberet velle odi um dei esse q̃ꝫ velle a. nõ esse. sꝫ velle. a. non esse est odire deum ergo citius deberet velle se odi re deumq̃ꝫ se odire deum. qđ est impossibile. qꝛ sic simul deberet odire deum et nõ odire. ¶ Ter tio arguit͛ cõtra secundã partẽ cõclusionis ꝓbãdo euidẽti rati one ꝙ solo deo ẽ fruendum siue ꝙ ipse solus ẽst sup oĩa diligen dus: qꝛ hõ naturaliter dꝫ dilige re ordinata ad finẽ. ⁊ per conse quens magis finem q̃ꝫ ea q̃ sunt ad finẽ. qꝛ ꝓpter qđ vnũqđqꝫ ta le et illud magis ⁊c. sed de⁹ est fi nis hoĩs et finis vltim⁹ oĩm qui mouet vt desideratũ ⁊ amatum xij. methaphisi. cõmẽto. xxxvi. ꝙ hõ dꝫ deũ sup oĩa diligere. vnde ad hoc facit qđ ibidẽ dicit cõmẽ tator. si motor corporũ celestiuꝫ est magis bon⁹ oĩb⁹ necesse ẽ vt sit desideratũ magis bonis oĩ bus igit͛ ⁊c. Cõfirmat͛ qꝛ bonũ cõmune ⁊ diuinuꝫ ẽ magis dili gendũ q̃ꝫ bonũ ꝑticulare. ꝑmo ethi. ergo illđ qđ est sũme diui num ⁊ maxime cõe bonum ẽ sũ me diligendũ. tale ẽ de⁹ Igitur ⁊c. Quarto sic illud qđ antiqui philosophi sequẽdo rõnẽ natu ralẽ posuerũt ipi euident͛ ꝓba uerũt. sed deũ esse sup oĩa diligẽ dum. antiq̃ philosophi posue runt. Igit͛ ⁊c. Maior satis pꝫ. et minor ꝓbat͛. qꝛ fm aplm Roma. i. Gẽtiles ꝑ creaturas visibiles deuenerũt in noticiã dei. Vñ dr Deus eñ illis manifestauit. in uisibilia eñ ipsius a creatura mundi ꝑ ea q̃ facta sunt intelle cta conspiciunt͛. sẽpiterna quo qꝫ ei⁹ vt⁹ ⁊ diuinitas ita vt sint inexcusabiles. qꝛ cũ cognouissẽt deum non sicut deũ glorificaue runt. Ex quo arguitur sic. Isti phi tantã et euidentẽ cognitio nem habuerunt de deo ꝙ fue runt inexcusabiles ꝙ non colue runt et glorificauerunt eum si cut deum. ergo ita euidentem noticiam habuerunt de deo ꝙ

2. arguit͛ (margin, beside "re eũ ⁊c. Scđo contra")
3. arguit͛. (margin, beside "odire deum et nõ odire. ¶ Ter")
4. argu͛ (margin, beside "philosophi sequẽdo rõnẽ natu")

sciuerũt ipm eẽ colẽdũ sicut deum. sꝫ colere aliq̃d sicut deũ: est diligere ipm sup oia ergo sciuerũt deũ esse sup oia diligẽdũ ꝛc Cõfirmat̃ q: antiq̃ philosophi naturales illud cognouerũt/et naturali rõne ꝓbauerũt qd̃ precipit̃ iure naturali. sed diligere deũ sup oia p̃cipit̃ iure naturali igit̃ ꝛc. Maior patꝫ. q: illi phi cognouerunt ius naturale. sed minor ꝓbatur q: illud p̃cipitur lege diuina. ꝛ p ꝯñs etiam iure naturali. q: omẽs leges diuine natura constant: humane autem moribus. ſm Isidoꝝ. Et habet̃ in decretis distin. i. omnes ꝛc.

Ad p̃mũ ¶ Ad ista respondetur. Ad primaꝫ vno modo potest dici sicut dicit Ockam ꝙ fruitio patrie non proprie succedit desiderio. sed succedit fruitioni vie que est actus quo deus diligitur in se amore amicitie ꝛ nõ amore concupiscentie. ita bene siue nõ magis q̃ȝ fruitio patrie. ꝛ ista fruitio est alius actus ab actu desiderij. ꝛ istaꝝ duaꝝ fruitionum idẽ est obiectũ (scꝫ deus) Et per idem diceret̃ ad cõfirmationem ꝙ licet desideriuꝫ esset respectu alicuius cõplexi. non tñ fruitio: q: nõ est idẽ obiectũ primũ desiderij ꝛ fruitionis. Nam desideriũ est ꝓprie respectu alicui⁹ futuri. ideo q: actus beatific⁹ est futurus ꝛ nõ deus. cõcederetur ꝙ obiectũ desiderij (qd̃ est sũme desideratũ ꝛc.) est actus beatificus. ꝛ sic summe desideratuꝫ nõ est obiectum fruitionis sed obiectũ illi⁹ summe desiderati ꝛc. Alio modo põt dici ꝙ obiectuꝫ desiderij est ipse deus vel oino nihil est scd̃m illos qui ponunt cõplere significabilia hoc ẽ nulla res vel entitas ẽ videre deuꝫ. Sed q: ista scd̃a pars distincti nõ placet mihi q: nõ itelligo cõplere significabilia isto mõ: nec bñ cõcipio q̃uo mõ ista stant simul videre deũ est obiectũ desiderũ ꝛ nihil est obiectũ desiderij. ideo cõcedẽdo primã partẽ scꝫ ꝙ de⁹ est obiectuꝫ desiderij. q: illud est obiectũ desiderij. qd̃ vere ꝛ ꝯuenient̃ respõdet̃ ad q̃stionẽ factam p quid desiderás aut sibi equiualentem. sic est de deo. Non nego tamẽ quin act⁹ beatificus sit obiectũ desiderij. ꝛc. Quãdo dicit̃ ꝙ desideriũ est respectu cõplexi / ꝛ respectu futuri dico ꝙ nõ oportet. Nã desideriuꝫ bene est respectu alicui⁹ obiecti. qd̃ de facto ꝛ principaliter est ꝛc. ꝛ sic tale non est futurum. sed bene verũ est ꝙ desideriũ nõ est respectu iã habiti sed habendi ꝛc. ¶ Ad secundam nego antecedens. scꝫ ꝙ fruitiõe sit fruendum scꝫ tanq̃ȝ obiecto. Et ad ꝓbationẽ quãdo dicit̃. fruitio est diligenda vel ergo seipsa/ vel alia dilectiõe. dico hic ꝙ siue sic siue sic nõ cõcludit̃ illud ãtecedẽs. Nã si cõcedatur ꝙ seipsa ꝛc. nõ tamen valet ista ꝯña. diligo fruitionẽ fruitiõe. ergo fruor fruitione. sicut nõ sequit̃ vtor diligo deũ ergo vtor deo. Unde tenẽdo ꝙ ipsamet fruitione diligatur fruitio diligitur tamẽ ꝓpter deuꝫ. Et ideo illa fruitione diligo deum fruendo / et diligo ipsam vtendo ea. Si vero concedatur ꝙ fruitio diligatur p similem dilectionẽ ꝛ nõ seipsa sicut melius videtur non sequit̃ ꝓcessus in infinitũ: q: conceden B Ad scḿ

ctum est q̄ ē aliqua dilectio ī intellectu nō actu dilecta sicut est aliqua cognitio nō distincte cognita. sicut alias dixi. Ad cōfirmationē qñ dr̄. Sortes tenetur magis diligere. a. q̄z. b. concedo añs. ⁊ nego ɔñam ergo citi⁹ deberet velle oē illō qđ repugnat. b. q̄z repugnat. a. q̄ est dare aliq̄d qđ ɔmunit̄ repugnat scʒ odium dei. ideo si ɔcederet̄ illō ɔñs sequit̄ q̄ citi⁹ deberet velle odire deū q̄z nō odire deū. sicut arguit̄ qđ est falsum ⁊c. ¶ Ad tertiā rationē dico q̄ licet istud argumentū sit bonū ⁊ ɔcludat ꝓbabiliter verū. nō tamen euidēter. Pro cui⁹ declaratiōe pono aliquas ꝓpositiōes. Prima est q̄ nō est nobis euidēs q̄ sit aliquis finis vltimus oīū propter quē oīa fiūt. Unde ⁊ si phs hoc posuerit hoc tamē euidēter non probauit. Secūda est q̄ nec est nobis euidens q̄ homo debeat ordinare oīa opera sua ad aliū finē q̄z ad seipsum ⁊ ad suā perfectionē. Et per ɔñs nō est nobis euidens quādo hoc sit sibi finis vltim⁹ ⁊ qñ seipso debeat frui ⁊ nō alio. Tertia est q̄ nec est nobis euidens q̄ ista ɔña sit bona siue hec ɔditionalis vera si aliquis est finis vltimus oīū ille ē maxime diligendus ⁊ propter seipsum. Ideo ptʒ ad rationem Quarta ꝓpositio ꝓ ɔfirmatione rationis est q̄ non est nobis euidens q̄ bonū cōmune semꝑ sit magis diligēdum q̄z bonum particulare. imo hoc nō est verū vniuersalit̄ nisi qñ bonū particulare includit̄ in bono ɔmuni. Aliter sequit̄ q̄ homo mag' deberet eligere salutē vni⁹ cōmunitatis q̄z suũpsius. ⁊ se dānari q̄z vnā ɔmunitatē cui⁹ non esset pars. qđ est falsū. ¶ Sed dubitat̄ hic q̄d sit finis vltim⁹ naturalis creature rōnalis vtrū de⁹ seu fruitio dei. Et circa hoc pono aliquas ꝓpositiōes. Prima ē q̄ fruitio dei nō est finis naturalis creature rōnalis ī quē tēdat tanq̄z ī finē sui appetit⁹ naturalis. Patet quasi ita essʒ ille finis esset a creatura rationali naturaliter acquisibilis. ⁊c. Secūda est q̄ creatura rationalis nō tēdit ī deū tanq̄z in finē vltimū sui appetitus naturalis. Patet: q̄a aliter sequitur q̄ natura posset huiusmodi finē habere naturaliter. Tertia est q̄ creatura rationalis tēdit in seipsam. i. in cōseruationē ⁊ in bonuʒ suũpsius tanq̄z in finē. vltimū sui appetitus naturalis. ptʒ ad experientiā cuiuslibet. ⁊c. Quarta est q̄ creatura rationalis appetitu rationali ⁊ libero pōt et debet tendere in aliud q̄z in seipsā tanq̄z in finē vltimū scʒ in deuʒ. Ptʒ ex p̄dictis. ¶ Sʒ cōtra primam propositionē instat̄ q̄ creatura rationalis naturalit̄ appetit suam beatitudinē sʒ ipsa fruitio ē eius beatitudo. Igit̄ eā naturaliter ⁊ appetitu naturali appetit. Et vltra. igit̄ est sibi naturaliter possibilis: quia appetitus naturalis nō appetit sibi naturalit̄ īpossibile. ¶ Pro isto pono alias ꝓpositiōes. Prima est q̄ creatura rōnalis si nunq̄z audiuisset loq̄ de btitudine quā speramus. eā nō appeteret appetitu naturali distincte ⁊ absolute Patet: q̄ ignoraret istam beatitudinem nec ad e⁹ cognitionem

A Ad tertiū

B Dubiūʒ

Solutio

instātia

C Solutio.

posset venire p naturalē rationē. Scda ē q creatura rationalis beatitudinē quā speram⁹ appetit appetitu naturali: ⁊ cōfuse. ptz q: q̄libet talis naturaliter appetit q bn̄ sit sibi ⁊ q nihil tristabile vel ꝯtrariū sustineat. et hoc est beatitudinē appetere. saltē cōfuse. sed ex hoc nō sequit q beatitudo sit creature rōnali naturalit possibilis. q̄uis sicut dictū ē naturalit appetat. Un̄ sit tertia ꝓpositio. creatura rōnalis appetitu naturali ⁊ cōfuse bn̄ appetit aliquid qd̄ est sibi naturalit īpossibile ⁊ appetitu rōnali etiā distincte bn̄ appetit qd̄ est sibi simplr impossibile sicut q nō possit tristari vel dolere ⁊c. Quarta est q creatura rationalis rōnabiliter nō appetit distincte ⁊ absolute sibi impossibile qd̄ credit esse tale. ptz satis Et dico qd̄ credit ⁊c. q: aliquis rationabilit in casu appetit sibi īpossibile. q: nō credit illud esse sibi īpossibile. dico etiā absolute: q: aliq̄s sub ꝯditiōe cū casu rationabilit appetit qd̄ credit sibi eē impossibile sicut penitēs appetit pctm̄ p̄teritū non fuisse sub ꝯditione si hoc esset possibile. non tamen debet absolute q: licet q̄s debeat simpliciter ⁊ absolute appetere aliq̄d qd̄ rescit euidēter esse sibi possibile. sicut esse beatū eternaliter: nō tamē debet aliq̄s sic appetere qd̄ credit sibi īpossibile. Et sic patz ad rationē. ¶ Ad quartā dico. pri-

D Ad q̄rtū

mo q phi etiā sequēdo rationē naturalē multa posuerūt q̄ non euidēter ꝓbauerunt sed solum psuasiue ⁊ dyaletice. imo pauca demōstrauerūt euidēt. m̄lta etiā posuerūt sine magna ꝓbatione miscēdo se opinionib⁹ vulgi ⁊ legib⁹ ⁊c. Scdo dico ad auctoritatē apli q añ ortū phoꝝ magnoꝝ fuerunt patriarche et cult⁹ dei fuit reuelat⁹ hoib⁹. et ideo phi hoc sciuerūt et tn̄ quidā eoꝝ cū nō coluerunt. sed timore tyrānoꝝ vt eis placerent coluerat ydola. ⁊ illi fuerūt inexcusabiles. ⁊ hos rephēdit apls. Sed ꝯtra apl's dicit inuisibilia dei ⁊c. ergo hoc potuerūt phi p rationē naturalē ꝓbare. Hic dico tertio q licet potuissent hoc aliqua naturali ratiōe psuadere. nō tn̄ euident ꝓbare. similit habita reuelatiōe q de⁹ ē: credēti deū eē multa p̄nt ex cognitione creaturarū concludi de deo q̄ aliter nō cōcluderet. Et ideo ptz ad rationē. Quarto dico ad ꝯfirmationē q aliquid p̄cipitur iure naturali dupliciт. Uno modo expresse et formaliter sicut illud hoc facias aliis qd̄ tibi vis fieri. Alio modo latēter ⁊ virtualiter et quasi ī antecedēte ⁊ ista sunt adhuc in duplici differētia q: sequit aliquid vel euidenter vel solū ꝯña fideliter credenda. Illa ergo que primo modo precipiūtur iure naturali vel ex eo euidenter sequuntur cognouerunt phi euidenter: nō alia sicut illa que in euangelio habentur p maiori parte. ⁊ tale est deum eē sum̄e diligendum. quare ⁊c Et hec de tertia conclusione.

¶ Nunc ad rationes factas in principio questiōis. Ad primaȝ negatur antecedens. sicut pz in prima ꝯclusione. Et ad ꝓbationē dico: q obiectū fruitionis ē īproportionatū virtuti create:

E Ad p̄mū pricipale

loquẽdo ꝓprie de ꝓportione sicut mathematici loquuntur q: sic ĩfiniti ad infinitũ nõ ẽ ꝓportio. sed tñ bene ẽ ei ꝓportionatũ tali ꝓportiõe que sufficit ad vitalẽ imutationẽ potẽtie ꝑcepti ue ab obiecto perceptibili: de q̃ tãgeꝛ in seq̃nti q̃stiõe ideo transeo.

A Ad scđm

¶ Ad scđa᷒ etiã negaꝛ añs sicut patet ex scđa ꝯclusiõe. Et ad ꝓbationẽ dico ꝙ virtutibus nõ est fruendũ. Et ad maiorem dico ꝙ licet virtutes sint ꝓpter se diligende: nõ tamen sequiꝛ ꝙ eis sit fruendũ saltẽ obiectiue. ratio quare negaꝛ ꝯña patet ex primo articulo q̃stionis statim post diffinitionẽ vsus ⁊ fruitionis.

B Ad ttiũ.

¶ Ad tertiã quicquid sit de añcedẽte pꝫ ex tertia ꝯclusione ꝙ ratio concludit verũ. igiꝛ ⁊c.

C Ad rõnẽ post oppositum

¶ Ad quartã factã post oppositũ q̃stionis pꝫ ex tertia ꝯclusiõe ꝙ vtraq̧ pars añcedẽtis ẽ negãda: tñ r̃ndẽdo ad formã tituli q̃stiõis ex supra dictis q̃ttuor patẽt. Primũ est ꝙ aliđ a deo põt esse fruitiõis obiectũ. s. fruitionis inordinate. Scđm est ꝙ aliud a deo põt esse etiã ordinate fruitiõis obiectũ. s. fruitiõis q̃ est vsus ⁊c. Tertiũ est ꝙ solo deo est fruendum. scꝫ obiectiue Quartũ ꝙ hoc nõ est nobis euidẽter notũ. s. ꝓ statu vie. Sic igitur pꝫ r̃ndendo ad q̃sitũ ẜꝫ intẽtionẽ tituli q̃stionis. Et hec de scđo articulo pñcipali.

D Tertius articul⁹. Prima q̃stio. Utrũ rõnalis creatura posset

¶ Quantum ad tertiũ articulũ mouẽde sũt ⁊ soluẽde tres dubitatiões circa materiã q̃stionis. Prima ẽ vtrũ rationalis creatura posset frui essentia diuina nõ fruendo aliq̃ ꝑsona: vꝛ etiã vna persona nõ fruẽdo alia. videꝛ ꝙ sic quia nõ magis repugnat eẽntie diuine terminare actũ fruẽdi sine ꝑsona vel vni persone sine alia q̃ꝫ ipsi ꝑsone repugnat terminare dependẽtiã nature assũpte sine eẽntia: vel sine alia ꝑsona. Igiꝛ cũ ꝑsona filij terminet depẽdentiã nature assũpte sine eẽntia vꝛ sine alia ꝑsona. sequiꝛ ⁊c. ¶ Oppositũ videꝛ: q: nõ est nisi vnũ obiectũ quo licite est fruẽdũ: igiꝛ nõ stat fruitiõ nisi fruẽdo omĩ illo qđ ẽ ipsũ.

frui eẽntia diuina nõ fruendo aliq̃ ꝑsona. Ar pmo.

E Secũda questio. Utrũ rõnaꝛ creatura teneaꝛ magis diligere vnã ꝑsonam quã aliã

¶ Scđa dubitatio est vtrũ rõnalis creatura teneaꝛ magis diligere vnã ꝑsonã diuinã q̃ꝫ aliam. Videꝛ ꝙ sic. q: teneꝛ diligere filiu᷒: q: redemit ipsam et q: passus est ꝓ ipsa. et nõ sic teneꝛ diligere patrẽ igiꝛ magis ⁊c. Oppositũ videꝛ: oẽs ꝑsone diuine eque bone sunt et eiusdẽ bonitatis. igiꝛ eque diligende ⁊c.

F 3. q̃stio. Utrũ deus possit licite diligi ꝓpꝛ aliđ ab ipso.

¶ Tertia dubitatio ẽ vtrum rationalis creatura licite diligat deum ꝓpꝛ aliq̃d aliđ ab ipso ⁊ nõ p̃cise ꝓpter seipsu᷒ videꝛ ꝙ sic. q: aliquis licite diligit deum. q: creauit et redemit ipsum ⁊ ꝓpter sua beneficia: et ꝓpter suã retributionem. Unđ ps. Inclinaui cor meũ ad faciẽdas iustificatiões tuas propter retributione᷒. Oppositũ videꝛ q: hoc eẽt vti deo qđ est illicitũ siꝛr ꝓpꝛ qđ vnũqđq̧ tale ⁊ ipsũ magis ⁊c.

G Solutio p̃me questionis.

¶ Ad primã dubitationẽ teneo ꝯtra scotũ: et pono q̃ttuor ꝓpositiões. Prima est ꝙ nulla rationalis creatura siue in via siue in pr̃ia põt cognoscere vꝛ diligere diuinã eẽntiã nõ cognoscẽdo vꝛ diligẽdo quanlibet ꝑsonã. Probaꝛ. q: nunq̃ꝫ de eadẽ re seu de terminis supponẽtib⁹ ꝓ eadẽ re debent cõcedi

contradictoria: nisi hoc habeat ex sacra scriptura: vel ex determinatione ecclesie: vel ex talibus inferatur cū igitur eadē res sit essentia et persona non est concedendū quod aliquis possit cognoscere vel diligere essentiā et nō personā cū hoc nō habeatur aliquo predictorum modorum. Maior patet: quia cū difficillimū sit intelligere contradictoria verificari de eadē re. hoc nō est ponendū nisi
H solū vbi fides cogit credere etc. ¶ Secūda propositio est quod nulla rationalis creatura siue in via siue in patria pōt cognoscere vel diligere vnam personam nō cognoscēdo vel diligendo quālibet personā diuinā. Probatur per illud dictū xpi. Joh. xiiij. Qui videt me videt et patrē. Et si dicatur quod istud procedit de facto: et et nō possibili. tūc sequitur quod ista consequentia xpi nō valuit: quia ans pōt esse verū sine consequente. Similiter hoc est cōtra expositionē Aug. i. de tri. c. .... dicētis quod neutrum sine altero ostendi pōt. Item probatur fortius quia sequitur pater diligitur: ergo essentia diligitur. sicut patet per primā propositionē et eius probationē. Et similiter bene sequitur. essentia diligitur: ergo filius diligitur: sicut patet per idē. ergo sequitur. pater
I diligitur: ergo filius etc. ¶ Tertia est quod aliqua rationalis creatura in via pōt assentire se cognoscere vel diligere diuinā essentiā non assentiendo se diligere vel cognoscere immo assentiēdo se nō cognoscere vel diligere aliquā diuinā personā: patet de philosophis: qui nō cognouerunt trinitatē personarum: et de hereticis qui credūt nō esse tres personas: et tamen cognoscūt: et etiā diligūt vel credunt se cognoscere et diligere diuinam essentiam. Et intelligo predicta de cognitione et de dilectiōe que de per se terminatur ad diuinā essentiā vel personam tanquam ad obiectū proprium. Pro quo sit quarta propositio quod rationalis creatura in via pōt cognoscere et diligere per accidens vnā personam diuinā nō cognoscēdo vel diligēdo aliā Patet. quia aliquis pōt cognoscere hūanitatē xpi nō diligēdo patrē aut spiritumsanctum Igitur pōt diligere filium nō diligēdo patrē aut spiritumsanctum. Cōsequentia tenet propter communicationē idyomatū. ¶ Ad cuius declarationem
K distinguendū est: quod viatorē frui vna persona sicut persona filij vel eā diligere aut cognoscere pōt intelligi dupliciter. Uno modo proprie quia talis persona est ens vel obiectū talis fruitionis de per se Alio modo pōt intelligi viatorē diligere filiū dei per accidens. scilicet per cōmunicationē idyomatum: quia scilicet obiectum sue fruitionis vel dilectionis est hūanitas vnita filio dei propter quā vnionem hec est cōcedenda. Iste diligit filium dei sicut passio illata hūanitati est causa quare cōcedimus quod filius dei est passus: et isto modo potest concedi quod aliquis potest diligere vnā personam nō diligēdo aliam: vel etiam nō diligēdo essentiā: quia predicata que sic conueniunt persone vnite humane nature: per cōmunicationem idyomatū possunt negari ab alia persona. Et similiter ab essentia. sicut communiter conceditur quod filius est incarnatus et passus et nō pater: nec etiam essentia secundum aliquos. Si ergo aliquis diligeret humanitatem christi et odiret deū. Patet propositum et secundum istum modū loquendi essent cōcedēde alique propositiones

A tiones mirabiles. ¶ Prĩa est q̄ stat q̄ aliq̄s diligat deũ sup oĩa ⁊ tñ eadẽ dilectiõe mortal'r peccat. Ptꝫ. q: ponat̄ q̄ aliq̄s delectet̄ in hũanitate x̄pi ⁊ fruat̄ ea. seu diligat sup oĩa nesciens q̄ ẽ assumpta. tunc iste mortalit̄ peccat: quia fruitur creatura. s. hac humanitate: ⁊ tamen eadem dilectione diligit deum super omnia per communica tionẽ idyomatum: vt patꝫ Igitur ⁊c. Sed
Instãtia ꝯtra: q̄a sequitur. iste fruit̄ hac humanitate. ergo diligit eã pl⁹ q̄ꝫ deũ. q: diligit eã super omnia alia ab ea. ergo per ꝯmunicatio nem idyomatum diligit deum plus q̄ꝫ deũ. et pari rõne iste essent ꝯcedende. Iudei oderũt deum plus q̄ꝫ deũ ⁊ viderũt deum clarius q̄ꝫ viderunt deũ. Et pari rõne. Maria minus dilexit filium q̄ꝫ dilexit spm̄ sctm̄. q̄a minus dilexit hũanitatẽ fi. ij q̄ spiritũ sanctum. imo seq̄tur q̄ deus minus diligit se q̄ꝫ diligat se. q: filius minus diligit humanitatem suam q̄ꝫ diligit se. Igitur si oĩa p̄dicata que ꝯueniunt nature sic vnite ꝯuenirent etiã filio dei p̄ cõicationẽ idyomatũ hoc p̄dicatũ minus diligi a filio. q̄ꝫ filius diligatur a se: ꝯueniret filio. Et simlr hoc essꝫ ꝯcedendũ. x̄ps vult q̄ minus diligam⁹ euꝫ q̄ꝫ diligam⁹ eũ. q: vult q̄ minus diligamus suã humanitateꝫ q̄ꝫ diligamus eũ. s. dilectione ordinata. Igitur ⁊c. ¶ Ad ista possꝫ
B dici sequendo viam p̄dictam q̄
Solu. i. nõ est maior rõ q̄re sit cõicactio idyomatum in istis p̄dicatis tã situr. ꝯcutit̄. crucifigit̄ q̄ꝫ in istꝫ fruitur. diligit̄, cognoscitur. io cõcedãtur p̄dicte ppositiões. Nõ em̄ videt̄ incõueniẽs cõcedere q̄ de⁹ minus diligit se q̄ꝫ diligit se. sicut ꝯcedit̄ q̄ de⁹ min⁹ diligit se sm̄ naturã hũanã q̄ꝫ diligit se sm̄ naturã diuinã. ⁊ sic de aliis. ¶ Alio mõ si hec via ñ placet põt dici q̄ m'lta p̄dicata sũt q̄ cõueniũt nature hũane. q̄ non cõueniunt filio dei sicut natura hũana est vnita filio dei ⁊ nõ filius. Simil'r natura hũana est creatura et est real'r distincta ab essẽtia diuĩa ⁊ incepit esse. et tñ nõ filius. sꝫ sufficit sanctis q̄ natura hũana ꝯmunicet idyomata. i. p̄prietates nature hũane sicut nasci de muliere sitiri esurire. mori ⁊c. nõ sic aũt i istis frui. diligi. cognosci ⁊c. Sꝫ q: iste modus dicendi videtur oĩno volũtari⁹ pria via videtur p̄babilis.
C Alia solutio.
¶ Ideo sm̄ illã viã sit secunda ppositio. q̄ stat ꝯ aliquis odiat deũ: ⁊ tñ eodem actu mereatur. D
Patet. q: ponatur q̄ aliq̄s odiat humanitatem x̄pi. nesciẽs eã eẽ hũanitatem x̄pi. sꝫ credẽs eaꝫ esse hũanitatẽ alicuius alteri⁹ hois mali. ⁊ p̄pter hoc odiat eã deceptus errore inuincibili: seq̄tur propositũ. ¶ Tertia est. q̄ E stat q̄ aliquis simul ⁊ semel eadem re fruatur ⁊ vtatur meritorie. Patet. quia ponatur q̄ aliquis diligat deũ super omnia ⁊ talis videat christum nesciẽs tamẽ ipsum eẽ x̄pm. sꝫ credens eũ esse petrũ quẽ diligit p̄pter deũ sequitur propositum arguendo expositorie ⁊c. ¶ Quarta est q̄ F stat q̄ aliquis simul ⁊ semel eadem re fruatur meritorie quam odit meritorie. patꝫ. q: ponatur q̄ aliquis summe diligat x̄pm ⁊ nũq̄ꝫ viderit ipm nec sciat ipsuꝫ

discernere ab alio: et tñ odiat iu dã q̃ pdidit xp̄m tũc occurrat si bi iudas et credit ipz esse xp̄m de cept⁹ errore inuincibili. seq̃tur pro positũ arguẽdo expositore.

G

Z.i. ppõ nez pnci= palem.

¶ Ex istis ergo ptz veritas quarte ppositiõis pncipalis: et intelle= ctus prie et scde sicut ptz intuẽti ¶ Sed 9 p̄mã ppositionẽ pnci= palẽ arguit sic. q̃a qñ vnũ non est de intellectu alterius non est incõueniens vnum intelligi sine alio. sed persona diuina nõ ẽ de intellectu quidditatiuo essentie diuine. igitur non est ɔtradictio q essentia diuina intelligat̃ non intellecta persona. Igitur etc.

ij. arguit ¶ Secundo alius est concept⁹ essentie: et alius est conceptus p sone. igitur est aliquis concept⁹ essentie qui nõ est conceptus p= sone. et ita contradictoria verifi= cantur de essentia et persona quã

z. arguit uis sint vna res. ¶ Tertio phi habuerunt aliquaz cognitionẽ de deo et diuina essẽtia: sed nul= lam penitus de persona. Igitur non obstante identitate dei et p sone diuine aliquid affirmatur de deo quod negatur de perso=

4. argu. na. ¶ Quarto cõtra scdam pro= positionem. q̃a q̃uis idẽ nõ pos sit affirmari et negari de eadem re: non tamẽ est inconueniens a liquid vere affirmari de vna re et vere negari de alia. Igitur q̃c= quid sit de essentia et persona q̃ sunt eadẽ res tñ possibile est q cognosci et diligi affirmet̃ de vna psona et negent̃ de alia. Ex q̃ sunt distincte res etc. ¶ Ad ista

H

Ad priũz rñdet̃. Uñ ad primã põt dici q qñ aliquid non est de intellectu alterius/nec idem realiter cum illo potest tunc intelligi alio nõ intellecto. nõ sic aũt in pposito etc. Tamen põt hic distingui q aliq̃d esse de intellectu alicuius põt itelligi dupliciter. Uno mõ q: non potest intelligi nisi illo i= tellecto. et sic persona est de in= tellectu quidditatiuo essentie. Alio mõ quia est pars eius vel ɔstituens ipm et sic persona nõ est de intellectu essentie non tñ potest essentia intelligi sine per sona pp̄ter identitatem realem essentie et psone. Et simil̃r de per sona. ¶ Ad scd̃am dicitur q om nis ɔceptus essẽtie est concept⁹ persone et ecõuerso. tñ aliq̃s cõ= ceptus p̄mo dicit̃ de essentia q̃ȝ de persona. Et rõ est. q: aliquis qui p̄e dicitur de oĩ illo de quo dr̃ essentia diuina et de nullo a= lio. et tñ nõ sic respicit aliquã p= sonã. quia dicitur d̃ aliquo de q̃ nõ dr̃ illa psona sicut ẽẽ sapiens esse creatiuũ. et hmõi. que p̄mo cõpetunt essentie et non psone. Non em̄ esse creatiuũ p̄mo ɔpe rit patri: q̃a ɔpetit filio qui non est pat̃. ¶ Si p̄o dicatur q ista respõsio destruit rationẽ prime ppositiõis. q̃a hic vere aliquid affirmat̃ de eẽntia: qd vere nega tur de persona. sicut dicitur q eẽntie p̄mo cõpetit aliq̃s conce= ptus: et patri nõ ɔpetit p̄mo ille idem ɔceptus. ¶ Rñdeo q ista affirmatio et negatio debẽt ɔce di: q̃a sequuntur euidenter ex il lis q̃ fide tenemus. q: eo ipso q fide tenemus q deus est creati= uus et quicquid est deus est crea tiuũ. s. quelibz psona diuina eti am hoc tenemus: q pr̃ nõ est fi= lius euidenter sequitur q iste cõ cept⁹ primo ɔpetit eẽntie: et nõ patri: q: p̄mo ɔpetere alicui est

I

Ad scdz.

Instãt⁹

K

Solutio

competere illi et nulli alteri. nisi de quo ipm verificat. cpetere aute nõ pmo eit cpetere alicui. et tñ cũ hoc cpetere alij. de q ipm nõ verificat. Et ita si eẽ cceptũ alicuius est repñtare seu significare aliqd. et nõ aliõ ccedendũ eẽt q aliqs eẽt cõceptus psone q nõ ẽ essentie qz est aliqs ccept⁹ persone qui pcise cpetit vni persõe et non alteri. et per csequens non est cceptus essentie ex q nõ vere
A cõpetit oi de quo dicitur essẽtia
Ad tertiũ. ¶ Ad tertiam dicitur q quãcũq cognitionem habuerit phi de diuina essentia. habuerũt etiam de psona qz phi nõ habuerit cognitionem de diuina essentia: nisi habendo aliqs cõceptus simplices cmunes deo et creaturis. vel conceptus proprios negatiuos et cognitatiuos. sed omnes tales cõceptus ad quod potuerunt phi deuenire et quatr cpetebant cuilibz persone sicut diuine eẽntie. cuiusmodi sũt tales immateriale summũ. eternũ sapiens etc. Dico tamen secũdo q hoc non obstante phi potuerũt scire tales ppositiones de⁹ ẽ immaterialis. summ⁹. etern⁹. et non istas. de⁹ trinus et vnus deus est pater. filius. et spũssanct⁹. et hoc modo dicitur cmuniter q potuerũt naturaliter cognoscere diuinã eẽntiã: et nõ trinitatẽ personarum etc. ¶ Tertio dico. q loquendo virtute fmonis sicut cõceditur q ex puris naturalibus phi diuinã essentiam cognouerunt. ita ccedendũ ẽ q trinitatẽ personarum cognouerũt. sed nõ cognouerunt trinitatem personarum. id est. deum eẽ tres personas. ¶ Quarto dico q stat q aliqs trinitatẽ personarũ cognoscat et diligat et tñ nõ cognoscat se trinitatẽ psonarũ cognoscere aut diligere. imo credat oppositũ. s. se trinitatẽ nõ cognoscẽ et eã odire etc. Patz clare. vñ apparet q aliqua cña nõ valet. et tñ non stat q aliqs assentiat antecedenti illi⁹ qn assentiat consequenti. ¶ Patet de ista deũ trinũ et vnũ cognosco. ergo cognosco deũ tri- B
num etc. ¶ Ad quartum dico q non est ccedendum aliquid vere affirmari de aliqua re. et vere negari ab alia re q tñ ẽ vna res numero simplicissima et vna res singularissima est quelibet illarum rerum: nisi vbi fides cpellit. mõ in pposito q̃uis pater et filius distinguũtur realiter tamen vna res simplicissima est pater et filius. et ideo quicqd vni cpetit alteri. nisi vbi fides cogit dicere oppositum. sic aũt nõ est hic. imuno magis ccedit oppositum. Nã augustin⁹ pmo de trinita. cap. x. ex identitate patris ad filium probat q vn⁹ sine alio ostendi non potest simpliciter ĩ diuersis locis ex identitate ipsorum probat q neuter creat sine alio. Igitur eodẽ modo pbabit q neuter sine alio potest intelligi etc. ¶ Ad argumentũ pncipale dico q plus repugnat assẽtie diuine terminare actum intelligendi sine persona q̃ repugnat vni persone terminare depẽdentiam nature assumpte sine alia. sicut fm beatum Augustinum plus repugnat vni persone creare sine alia q̃ icarnari sñ alia. Dico secundo q non est nobis euidens q sit maior repugnantia hic q̃ ibi. nec ista repugnan-

ad quartum.

C ad rõnem qitionis

C ¶ Secunda pposito est q deꝰ potest a nobis cognosci totaliter siue totus vt notetur totalitas rei cognite sic q nichil eius lateat videntem. Et isto mō posset dici cōprehendi. Non tn̄ concedēdū ē q sic totalit̄ cognoscit̄ q ois v̄itas de eo coḡscibil̄ coḡscatur. Et sic cōmuniter capio cōprehendi. ¶ Tertia ppositio D ꝛ sequens gratia materie erunt de cōprehēsione creature. Et sit hec tertia. q creatura est a nobis cognoscibilis totaliter ꝛ cōprehensiue. sic q cognoscitur a nobis tanta cognitione inesse cognitionis quanta ipsa est ex natura sua cognoscibilis. Patz q: ipsa non est infinite cognoscibilis cū nichil sit magis cognoscibile q̄ꝫ sit ens seu perfectum i sua natura. sicut nichil est magis risibile aut rationale q̄ꝫ sit homo. Igitur ꝛc. Non tamē cōcedendū est q aliqua creatura sit a nobis cognoscibilis totaliter ꝛ comprehensiue. sic q sit nobis possibile cognoscere omnē veritatē de ea cognoscibilē. q: infinite v̄itates sunt de ea cognoscibiles ꝛc. ¶ Quarta ppō est q E nulla creatura est a nobis cognoscibilis tāta cognitiōe quāta ipsa est cognoscibilis. Ptz. q: deus potest ipsam cognoscere: ꝛ de facto cognoscit infinita cognitione. quia eadē qua seipm̄. Igitur ꝛc. Nō tamē ppter hoc sequitur quin sit a nobis cognoscibilis quātum ipsa est cognoscibilis ad sensum prius dictū. quia ipsa nō est plus cognoscibilis q̄ꝫ ens. ¶ Ideo dicūt aliq Opinio aliquoꝝ q creatura non est tantū cognoscibilis q̄ꝫtū deus potest ipsam cognoscere. ꝛ negant istam consequētiam. deus potest infinite

cognoscere a creaturā. igitur a creatura pōt infinite cognosci. vel est īfinite cognoscibil'. Nam aliter esset cōcedendum ipaz eē infinite/ ꝛ ꝑ ꝯñs equalit' cognoscibilē sicut de9 est cognoscibilis qd nō videt' bene sonare. ¶ Sed istud dictū videt' oīno impossibile: nā illa cōsequētia ē euidēs vnde dico ꝙ si concedat' ꝙ de9 potest infinite cognoscere creaturā, oportet cōcedere ꝙ creatura potest infinite cognosci. ꝛ per ꝯsequens ꝙ est tātum cognoscibilis ꝗ̄tū deus. ꝛ consequenter ꝙ ipsa est simpliciter magis cognoscibilis ꝗ̄ ipsa sit ens ex natura sua. ideo qꝛ istud non appa ret mihi rōnabile. ¶ Dico ꝙ deus non potest infinite cognoscere creaturam. ꝛ nego istam consequētiā. de9 cognoscit cognitione infinita creaturā. ergo infinite cognoscit eā sicut ꝛ istā. deus dilectione infinita diligit creaturam. igitur infinite diligit eam Si aut ē alique auctoritates reperiantur q̄ dicant ꝙ deus infinite cognoscit creaturam: intelligende sunt infinite cognoscit. i. cognitione infinita. vel infinite cognoscit. i. infinitas veritates de ea cognoscit. sed tamen loquendo incomplexe soluz finite ꝓducit et finite cognoscit creaturam: ꝛ finite diligit. Si dicat'. ergo creatura est simpliciter a nobis tātuz cognoscibilis: ꝗ̄tū est a deo cognoscibilis. quia solum finite est a deo cognoscibilis: et precise tātum: ꝗ̄tum ipsa est ex natura sua cognoscibilis ꝛ tantum cognoscibilis est ipsa a nobis vt tertia ꝓpositio. igit' ꝛc. Ad hoc probabiliter dico cōcedendo ꝯsequēs saltem de aliqua creatura. ꝛ dico de aliqua ꝛ nō de qualibet. qꝛ forte aliqua ē vel eē pōt ita ꝑfecta: ꝙ illa nō esset a nobis cognoscibilis ꝗ̄tū ē ex sua natura cognoscibilis non tñ ꝯcedo aliqua creatura sit taz ꝑfecte a nobis cognoscibilis ꝗ̄ ꝑfecte ē cognoscibilis a deo. Sicut lz ꝯcederē ꝙ cā scđa ita ꝑfectū ꝓducit effectū sicut cā ꝑ̄ma. nō t n ꝙ tā ꝑfecte. quare ꝛc. Ex his' ḡ patz qualr' de9 vt creatura est cōꝑhēsibilis ꝛ qualr' nō. Et sic pꝫ ad ꝑ̄mā rōēȝ. ¶ Ad scđam rōnē de similitudie dei ꝛ medij ꝑ qđ cognoscit' sit ꝑ̄ma ꝓpositio. Q; aliqd potest esse similitudo alterius duob9 modis. Uno mō in essendo ꝛ ī perfectione quidditatiua. Alio modo in repꝛesentando ꝛ in ratione repñtatiua. Secūda est. ꝙ pꝛimo modo maior est similitudo inter quācūqꝫ creaturā ꝛ aliā. ꝗ̄ inter creaturā ꝛ deū. imo scđm aliquos iter deū ꝛ creaturā est infinita dissimilitudo isto modo. Isti tamen negant ꝯsequētiam. ergo nulla est similitudo. scđm alios vero illa ꝯña cōcedit' quia si est infinita dissimilitudo. igitur ꝗ̄ta maior cogitari nō potest ꝛ ꝑ consequens sine aliqua similitudine Item si est īfinita dissimilitudo igitur deus est equaliter dissimilis oībus creaturis ꝛ per consequens si (cōīter similitudo) erit equalis: ꝛ erunt oēs creature eq̄ similes deo vel nō vna pl9 ꝗ̄ alia. Jō isti ꝯcedūt ꝙ inter hec nulla ē si͂litudo in essēdo siue in perfectione quidditatiua. quia essentie habēt repugnātes ꝯditiones essendi. nam vna est ne-

Margin notes: Jmꝓbatio; A Opinio doctorꝫ; B ad scđaꝫ

esse esse: alia ptinges esse q̄cq̄d in sit de his patz ppō. ¶ Tertia p
C positio maior est hmōi silitudo iter aliquā creaturā z deū q̄ inter oēz creaturā z aliā. licz nō sit ita de olb⁹ gñaliter. Uñ ad pñs potest hic assignari triplex similitudo. Prima est maior colligātia creature ad deum. qz scilicet creatura est effect⁹: z causa relucet aliquo modo in suo effectu ratiōe cui⁹ quis ex noticia creature ducitur in cognitionē dei. magis q̄ ex noticia huius creature in noticiā alterius cui⁹ non est effectus nec habet talē colligantiam ad aliā. Secūda similitudo est ex hoc q̄ omnis creatura ex quo oēm suā pfectionez recepit a deo est mediū cognoscēdi pfectionē dei. z sic pfectior creatura perfectior dei similitudo exisiit. sicut de naturali pfectione. pz in hoie q̄ dicit imago dei z de morali pfectione ptz in hoie iusto in quo plura relucēt de deo. Tertia similitudo est p predicationē qz scz multa predicata pfectionalia pdicantur de deo z creaturis. z plura de deo et vna creatura q̄ de alia.
D ¶ Quarta ppō est q̄ ois similitudo quā habem⁹ de deo in infinitū differt ab entitate z perfectione dei. z ideo omis cognitio quā habemus de deo in ifinitū differt in rōe cognitiōis ab entitate dei in rōne cognoscibilitatis. ita q̄ entitas diuina in infinitū magis est cognoscibilis q̄ hec cognitio sit cognitio z hoc probat rō. Ad confirmationem zō dico q̄ denominatione extriseca aliqd potest dici cognosci. et hoc est q̄ aliqd aliud imediate cognoscit qd supponit p eo z pueniit ei. Et io nō seqt. cōcept⁹ nō est de⁹. igr p hoc q̄ cognoscit cōcept⁹ nō cognoscit de⁹: sz bñ sequit q̄ nō cognoscit imediate z in se sed in alio. Et hoc nō est aliud nisi q: nō possum⁹ deū i se cognoscere vtimur p eo vno cōceptu sibi attributo z illi pceptui attribuim⁹ q̄cq̄d pōt deo attribui nō p se sz p deo. z sic dr de⁹ cognosci in alio. Alio mō pt dici q̄ de⁹ nō cognoscit i se. qz non cognoscit cognitōe sibi ppa sed cōi sibi z aliis. saltē in significādo: sz nō supponēdo z iō non dr in se cognosci qz pcurrit aliquid aliud in ratiōe obiecti q̄uis deus in rōne obiecti imediate terminet illū actum cognoscēdi. Et iste modus videt mihi pbabilis
¶ Ad tertiū de pportione obiecti ad potētiā zc pono quattuor ppositiones. Prima est q̄ aliqd est obm maxime pportionatum intellectui vel pt eē z illō nō est infinitū. z est in certo gradu difficultatis. Scda est q̄ omne illō quod excedit illud obiectum in perfectione est maioris difficultatis ad cognoscendū. z non ita perfecte cognoscit ab intellectu z si ita pfecte hoc est cū maiori difficultate. Tertia est q̄ nō pter hoc sequitur q̄ obiectū qō excedit illud in infinitū sit infinite difficultatis ad cognoscēdū: sed bñ seqtur q̄ est infinite difficultatis ad cognoscēdū ita pfecte sicut intellectus intelligeret illud obiectū maxime sibi pportionatū. Uñ bñ cōcedit: z hoc pbat rō. q̄ noster intellect⁹ nō pōt pfecte cognoscere deū nec ita pfecte sicut illō obiectū. Ex his se

Ad tertiū

ꝗtur q̄rta ꝓpō. ꝙ itellect⁹ nr̄ secūdū suā facultatē: cognitionē dei recipit ⁊ nō ſm dei cognoscibilitatē: ⁊ iō cognitio dei nō dr̄ i nob̄ finita vel īfinita a re cognita finita vl̄ īfinita: ſ3 a facultate cognoscēt. Et sic nō seq̄t. de⁹ ē infinit⁹. igr̄ cognitio nr̄a de deo est īfinita: ſ3 q2 itellect⁹ nr̄ finit⁹ est: nō finite cognoscit deū. ⁊ sic pt3 ad rōnē. Ad ꝯfirmationē de sēsu ꝯcedit̄ assūptū. ⁊ hoc ē: q2 excellēs sēsibile corrūpit sēsū: non sic aūt est de intellectu. q̄re ⁊c.

Ad q̄rtā ¶ Ad q̄rtā ꝯceditur maior: ⁊ negat̄ minor. ⁊ ad ꝓbationē dico. ꝙ q̄uis vna noticia sit pfectior alia (q2 pfectioris obiecti) nō tn̄ simplr̄ ⁊ vl̄r op3 sic eē: ſ3 cū ista circūstātia ceteris parib⁹. poss3 eni aliūde noticia fore ita impfecte: ꝙ maior impfectio obiecti n̄ faceret eā magis pfectā. bene seq̄tur tn̄ eā eē magis pfectam pfectione ꝓueniēte ex parte obiecti absolute ꝯsiderati: ⁊ sic p3 ꝙ nō est necesse infiniti obiecti noticiā eē īfinite pfectiōis sed stat ipsam eē minus pfecta3 q̄3 sit aliqua noticia obiecti minus perfecti. q̄re ⁊c. ¶ Ad ꝯfirmationē dico ꝙ ista cognitio q̄ īfinita distincte cognosceretur eēt infinite pfectiōis in rōne cognitionis: q̄a eq̄laret et īfinitis cognitionib⁹ ꝓpriis. ⁊ nego ꝯñam: ꝙ ꝗ illa cognitio quā habem⁹ de deo sit infinite pfectionis: ſ3 solū illa qua de⁹ cognoscit se: q̄a licet ista cognitio quā habem⁹ de deo sit de obiecto quod eq̄ualet illis infinitis: tn̄ in īfinitū min⁹ facit cognoscere illō q̄3 illa cognitio faceret q̄ ess3 infinitorū obiectorū. Vñ si ista cognitio quā habem⁹ de deo faceret ipm cognoscere tm̄ q̄tū cognoscibilis est rō bñ ꝯcluderet. igit̄ ⁊c. Et sic pt3 ad p̄dictas rōnes. Et hec de toto pmo articlo.

B

C ¶ Quātū ad ſm articulū in q̄ vidēdū ē vtrū nobis sit p se notū deū esse. Primo p̄mittā diffinitionē q̄d nobis q̄d dicat̄ p se notū. Scd̄o ponā ꝯclusiōes rn̄sales ad articulū. Tertio arguā in ꝯtrariū et breuit̄ i diuersos modos dicēdi eligā hic vnū ⁊c. Quātū igit̄ ad pmū pūctū dico ꝙ illō qd̄ ꝓpe dr̄ p se notū ē ipa ꝓpositio: ⁊ non ipsi⁹ ꝓpōnis significatū: q2 nō pono aliqd̄ ꝯplexe significabile seu significatu3 totale ipsi ꝓpositioni adeq̄tū sicut imaginantur aliq̄. ideo p se notū pōt describi ꝙ est ꝓpō q̄ vl̄ alia sibi eq̄ualēs in significādo cuilibet vti rōne potēti naturaliter potest eē nota absq3 indigētia noticie alicui⁹ extrinseci. Dico primo ꝙ vel alia sibi equiualens ⁊c. vel oīno similis: q2 nulla vna numero est cuilibet nota. Dico secundo cuilibet vti ratione ⁊c. quia ipsa ꝓpositio p se nota debet esse talis ꝙ cuilibet aduertēte eam sit euidēs nec possit naturaliter esse dubia. Per p̄mum excluduntur propositiones dubie credite / vel opinate: per secunda3 vero ꝓpositiones: que licet non sint dubie: tamen possunt esse dubie ante demonstrationem vel experiētiam. Dico tertio sine indigentia noticie ⁊c. quia si ad sua3 noticiam alia noticia esset necessaria iam non esset per se nota. Sed quarto addo alicuius extrinseci: q̄a non excluditur noticia terminorum p hoc quod dicit̄ per se. Nam sine

2. articli p2ia ps.

ꝓpositio p se nota.

noticia termino*rum* nō pōt aliqua *pro*positio eē nota. Unde dicit ph*ilosophu*s *quod* p*ri*ncipia cognoscim*us* i*n*q*uan*tu*m* t*er*mi nos cognoscim*us*: q*uo*d intelligē*n*dū est de illis p*ri*ncipijs q*ue* vocantur dignitates: non autem de illis que sumuntur per viam sēsus *et* experientie. Hec igi*tur* descriptio sic intellecta est de intētiōe phi*losophi* secundo posteriorum: *et* commētatoris. 3. de anima. cōmēto. 36. vbi loquitur de dignitatibus *et* propositiōibus que sine doctrina: *et* sine antecedentis cognitione veniunt in mentem. ¶ Ex predicta descriptione sequūtur alia correlaria. ¶ Primum est *quod* nulla propositio contingens est p*er* se nota q*uia* nulla vel sibi equiualens potest naturaliter cuilibet esse nota sine *etc*. cū quelibet per experiētiā p*ri*o fiat nota. Unde nulla ista: *ego* intelligo ego diligo *etc*. p*ro*prie dicitur per se nota q*uia* q*uae*lib*et* per experiētiā intellectualem est nota: *et* licet sit michi nota non t*ame*n cuilib*et* alij *et* si ita ē de his sequi*tur* ita eē de oibus alijs a fortiori. Secundo seq*ui*tur *quod* nō oīs *pro*positio immediata est per se nota: q*uia* multe sunt imediate q*ue* absq*ue* experientia cognosci non possunt sicut iste aliquid mouetur calor est calefactiuus *etc*.

Tertio seq*ui*tur *quod* nulla propositio demonstrabilis est per se nota. q*uia* oīs talis est dubitabi*lis*. s*ed* nulla dubitabi*lis* ē p*er* se nota: *et* hoc est *contra* Aureolū qui tenet *quod* quedam communes animi *con*ceptiones et per se note propositiōes veniunt in mentem quodam sillogismo iperceptibili vt *quod* ōme totū sua p*ar*te quātitatiua est maius. p*ro*batur ex hoc: q*uia* continet partē *et* addit sup*er* eā *et* ad hoc est alazen. 2. *per*spectiue. ca. ij. dicens *quod* plures sūt *pro*positiōes q*ue* reputant*ur* *quod* sint p*er* se *et* t*ame*n nō cōp*re*hendunt*ur* nisi p*er* rōnē. verbigr*ati*a de p*re*dicta *pro*positiōe. Sed istud non valet: q*uia* siue illa *pro*positio sit p*er* se nota siue nō: dico t*ame*n *quod* nō est demonstrabilis q*uam*uis sit sillogisabilis sillogismo ex veris *et* necessarijs: q*uia* licet iste sillogism*us* sit bonus *et* ex necessarijs. omne quod continet tantū *et* amplius est maius sua parte oē totū continet partē *et* amplius ergo *etc*. q*uia* premisse nō sunt notiores cōclusione vt patet ideo nō est demōstratio s*ed* petitio *etc*. ¶ Quarto sequitur *quod* non oīs propositio cuius predicatum includitur in rōne subiecti est p*er* se nota nec etiā oīs *pro*pōsitio per se nota p*re*dicatū includit*ur* in rōne subiecti: *et* hoc est cōtra aliquos doctores. Primū t*ame*n p*ate*t: quia a*l*iter seq*ui*tur *quod* ois *pro*pō in qua p*re*dica*tur* diffinitio: vel pars diffinitiōis de diffinito est et per se nota cōsequētia patet: *et* falsitas *con*sequentis nota ē. Secundum etiā p*ate*t q*uia* iste sunt etiā p*er* se note hō est asinus v*e*l nō est asinus. Si ab equalibus equalia *etc*. *et* t*ame*n predicata nō sunt de ratione subiectorū vt notum est igitur *etc*. Sic ergo pat*et* q*uo*d sit p*er* se notu*m* *etc*. ¶ His ergo p*re*missis ponam tres conclusiones respōsales ad p*rese*ntem articulum. Prima et principalis est: *quod* licet ista *pro*positio deus est nō sit per se nota nobis exn*tibus* in via ipsa t*ame*n quam formant beati in patria ē per se nota. Prima pars probatur: quia illa propositio quam de facto habemus est naturali*ter*

D (margin, left)

Opinio aureoli.

E
Impro*batio* p*re*dicte opinionis.

F

G
Sc*un*di articuli.
Sc*un*da p*ar*s .i. q*uae*stio*nis*.

ter dubitabilis. igit̃ ⁊c. ꝯña p̱tz ex dictis. ⁊ añs apparet de se ⁊c S cda pars ꝓbat̃ q: btūs ap̃p̱hendēs illos termios ⁊ formās ꝓpōnē naturaliter assentit ei sicut p̄mo principio nec posset eā pl⁹ dubitare q̄ꝫ p̱mū p̄ncipiū ⁊ ita eēt de quolibet alio intellectu formāte talē ꝓpōnē ⁊c. Igit̃ ⁊c. Añs p̱tz ⁊ ꝯña lꝫ: q: illa ꝓpō ē per se nota q̄ licet non naturaliter veniat in mētē tñ ipsa formata siue volūtarie: siue naturaliter siue supernaturaliter eius euidentia naturaliter venit in mentē ex sola noticia terminoꝝ Sicut em̄ (vt dixi) ꝓpositio p̱ se nota non excludit noticiam terminorum: sic nec noticia terminorū est causa sufficiēs talis noticie: sed cum noticia terminorū requiritur formatio ꝓpōnis. q̄re ⁊c. ¶ Ex prima parte ꝯclusionis sequitur q̄ deum esse nō est p̄mū principium / ⁊ p̱mū oīꝫ veroꝝ ea naturaliter p̄cedēs ꝯtra auctorē de causis. ab. xi. ca. vsq ad finem. xiij. partis p̄re sūme siue contra pelagiū. p̱tz q: p̄mū p̱ncipiū debet esse per se notū. Itē patet ex vno ab isto doctore frequenter assūpto. s. q̄ prius natura est a quo non conuertit̃ subsistendi ꝯña. constat autē q̄ euidenter sequitur deus ē: ergo deus est: vel nō est. ⁊ econuerso. non sequitur euidenter vt patz. igitur ⁊c. Uñ gratia huius pono hic quattuor conditiōes primi principij omnium verorum.

B ¶ Prima est q̄ tale primū principium debet esse cōplexum. p̱tz. quia loquimur de p̄mo p̄ncipio in cognitione et non in causalitate. Secūda ē q̄ debet esse oim cōplexoꝝ notissimū: p̱tz. q: dꝫ eē p̄mū in euidentiā ⁊c. Tertia est q̄ dꝫ eē ex terminis cōmunissimis ⁊ cōmunissimū. p̱tz. q: dꝫ ad oīa alia vera se extēdere. Quarta est q̄ debet esse ꝓpō affirmatiua vel saltē non pure negatiua ⁊ ꝓpositio ypotetica vl' saltem non pure cathegorica. p̱tz q: affirmatio est prior pura negatione et per consequens ꝓpositio pure negatiua non pōt esse p̱mū p̱ncipiū ꝯplexū: sed propositio pure affirmatiua. Et cathegorica nō pōt esse p̱mū p̄ncipiū. q: nulla talis est euidentissima: vt patz inductiue igitur sequitur q̄ p̱mū p̄ncipū ꝯplexum est propositio ypotetica affirmatiua sicut ista aliquid est vel nichil est vel est propositio nō pure cathegorica: sed de ipotetico extremo nec pure affirmatiua nec pure negatiua q̄lis est ista quodlꝫ est vel non ē. Et sic ex his patet q̄ p̱mū principiū ꝯplexum non est illud deus est. Ex secunda parte conclusionis sequitur q̄ illa ꝓpositio de⁹ est quam formam⁹ et illa quam format beatus non sunt oīno similes specie voce sed vna est perfectior alia in spē. p̱tz aliter vna eēt p̱ se nota sicut alia q̄d ē fl'm. Sic ḡ p̱tz q̄ nō est nobis p̱ se notum deū eē. ¶ Sꝫ vidēdū ē vtꝝ sit nobis euidēter notū seu demōstrabile. ¶ Et de hoc sit scda ꝯclo q̄ lꝫ ista ꝓpō de⁹ ē non sit nobis euidēs aut euidenter demonstrabil' ipa tñ ē naturaliter ꝓbabilis Pria pars declarabit̃ sꝫ scda ps p̱tz. q: p̄hi naturali ratione ꝓbauerūt p̄mū motorē eē p̄mā causā eē. p̄mū p̄ncipiū eē. C ij. cōclo.

vt pz.viij.phi.ꝛ.xij.math.igitur
ꝛc. Sz ad declarationē p̄ie par
tis pono aliq̄s ꝓpōes. P̄ria est
ꝙ ex nullis apparētibꝰ natura
liter pōt cōcludi deū esse euidē-
ter.pz.qꝛ si sic maxime hoc esset
ex ꝓcessu phi arguētis ex muta
tione ꝛ nouitate rerū cuz finito
ꝓcessu in causis mouētibꝰ ꝛ mo
tis sicut patz.viij.phisicoꝝ.xij.
metaaph.ꝛ in pluribꝰ passibus
phisice ꝛ methaphisice. Nullus
eñ videt fortior modꝰ ꝓbandi.
Sed licet iste modꝰ bñ sit ꝓba-
bilis tñ nō demōstratiē nec eui-
dēter ꝯcludit deū vt postea ostē
dam igit ꝛc. ¶ Scd̄a ꝓpositio
est cōtra vnū doctorē parif. Cō
radū de rippa Non ex quolibet
gradu essendi euidenter infert
immensitas gradus primi. Ptz
quia vel hoc esset supponendo
processū finitū in gradibus eēn
di ꝛ hoc nō qꝛ hoc nō ē euidens
vel supponēdo ꝓcessū infinituz
ꝛ hoc non quia tunc nullius ta
lis gradus cōcluderetur primi-
tas sicut nec ex infinito ꝓcessu
in partibꝰ ꝯtinui ꝯcluditur ali-
cuiꝰ illaꝝ vltimitas. vñ patz ꝙ
deductio illiꝰ doctoris petit prin
cipiū ꝛc. Tertia est cōtra eūdē
ꝙ ex nulla entitate immateria-
li seu quāuis in mēte nr̄a crea-
bili specie intellectibili precise
potest euidenter cognosci deuz
esse. Patz.qꝛ quacūꝗ tali posi-
ta in mente adhuc deus libere
obijcit se menti nr̄e vt obiectuz
cognoscibile igit ꝛc. ¶ Quarta
ex sola dei gratuita vnione cum
mente nostra per modum obie-
cti visibilis ac luminis sufficiē-
ter de se lucentis cum alijs ex p
te potentie nr̄e intellectiue req-
sitis pōt euidēter cognosci deū esse
Pars exclusiua ptz ex p̄cedenti
bus sed affirmatiua apparet qꝛ
talis p̄ñtia seu vnio dei ad men
tē nostrā nō minꝰ sufficit ḡnare
euidēs iudiciū d̄ sui existētia ꝙ̄
obiectū sensibile ꝛc. Ex his ergo D
pz p̄ria pars ꝯclusiōis ꝛc ¶ Ter 3.cōclo.
tia ꝯclo est ꝙ licet ista ꝓpō deꝰ
nō ē nō sit primū falsū ipa tñ nō
minus implicat ꝯtradictionē ꝙ̄
primi principij ꝯtradictorioꝝ.
¶ Prima pars pz ex p̄cedētibꝰ.
qꝛ sua ꝯtradictoria nō est primū
verū. Itē nō infert euidēter qd̄ E
libet falsū igit ꝛc. ¶ Sz ad de-
clarationē scd̄e partis pono ali
quas ꝓpōnes. Prima ē ꝙ sicut
vnū impossibile nō ē impossibili
us alio: sic ex quolz īpossibili se-
quitur ꝯtradictio. Primū pz de
se. Scd̄m sequit ex p̄io ꝛc. Itez
ꝓbat.qꝛ impossibile ē ita esse si-
cut p añs impossibile signat q̄n
ita sit sicut p q̄dlz ꝯñs signatur
igit ꝛc. Itē cū nullo impossibili
stat p̄mū principiū.igit p r̄lam
cōem oppositū p̄mi p̄ncipij seq̄
tur ꝛc. Scd̄a ꝓpō ē sicut quod-
libet impossibile implicat ꝯtra-
dictionem sic non quodlibet im
possibile euidenter infert falsi-
tatem. Primū patet: qꝛ ex quoli
bet impossibili sequuntur con-
tradictoria vt dictū est. mō hoc
intelligitur per implicare ꝯtra-
dictionem.igitur ꝛc. Unde ap-
paret ex hoc ꝙ mḡr hugolinus
male negat istā ꝯditionalē: si de
us nō esset deum non esse nō im
plicaret. Respondet enim ꝙ im
mo adhuc implicaret. sed ego
bene concedo ꝙ si deus nō esset
adhuc deū non esse implicaret
sed ꝓpter hoc nō ē alia ꝯditio

nalis negāda ⁊c. Scd̄m patz de duabus cōtradictorijs de possibili opinalib⁹ ad vtrūlibet sicut sūt iste de⁹ pōt facere supremaz spēm: de⁹ nō pōt facere sup̄mā speciē. Altera em̄ ē impossibilis ⁊c. Tertia ꝓpō est ꝙ lz bon⁹ logic⁹ sciat ex quolibet īpossibili seq̄ cōtradictionem tn̄ ex aliquo impossibili bon⁹ logic⁹ non scit sequi falsitatē. Patet ex dictis. Quarta est. licet bon⁹ theolog⁹ ex aliquo impossibili cognoscat sequi q̄dlibet certitudinalit̄ tamen ex eodez impossibili nescit sequi aliquod falsum euidenter Patet de isto impossibili de⁹ nō est vel non trinus ⁊c. Sic ergo patet ex his ꝙ ista deus non est implicat cōtradictionē licet nō explicet. i. non sit nobis euidēs ipsam inferre cōtradictionē. Et sic patet tertia cōclusio: ⁊ r̄nsio ad istū articulū ⁊c. ¶ Sed contra predicta arguitur: et primo contra illud quod dictum est in prima conclusione: et in secūdo correlario eius. et probatur ꝙ ista propositio deus est quam formamus et illa quam format beatus sunt eiusdem speciei ⁊ ꝑ ꝯñs si vna est per se nota et alia quia vel ad illam quam format viator concurrit de⁹ tanꝙ̄ obiectum agens et causans ac terminans illā ꝓpositionē vel nō. Si sic cum intellect⁹ sit eiusdē spēi. et obiectum idē sequit̄ ꝙ vtraqꝫ cognitio erit eiusdem speciei cōsequētia pz ꝑ p̄hm. viij. methaphisice. Si materia sit eadem ⁊ agēs idē forma erit eadē. Si nō seq̄t̄ ꝙ illa ꝓpō quā formam⁹ de deo nō erit cognitio dei ⁊ ꝑ ꝯñs de nulla ei⁹ cognitio erit nobis

A
2. articli.
3. pars.
ar̄ primo.

naturalr̄ possibilis ꝯtra p̄dicta in p̄mo articulo lz ꝯña ꝓbat̄ ꝑ Aug. ix. de trini. c. ix. liq̄do tenē dū est ꝙ omis res quā cognoscimus generat in nobis suā noticiā. Ab vtroqꝫ em̄ parit̄ noticia scz a cognoscente ⁊ cognito. ¶ Scd̄o argu͂r cōtra primā partē cōclusiōis scd̄e ⁊ primā ꝓpositionē et ꝓbat̄ demonstratiue deū eē scz ꝑ ꝓcessū philosophi ⁊ arguit̄ sic. Manifestum est aliqua moueri: sed omē q̄d mouet̄ ab alio mouet̄: et nō est ꝓcessus in infinitū igitur ē deuenire ad aliquod mouens imobile. Silr̄ arguitur. manifestū ē aliq̄d esse noniter ꝓductū: et non a se igit̄ ab alio. Et nō est ꝓcessus in infinitum nec est circulatio igitur ē deuenire ad aliquod producēs improductū. Et illud est de⁹ igitur cuz ista deductio sit euidēs sequitur euidēter deū eē. ¶ Tertio ad idem argui potest per ꝓcessum venerabilis Anselmi in libello suo cōtra insipientē dicētem in corde suo nō est deus vbi multis conititur demonstrare deum esse. Sed q: rationes sue non solum non sunt demonstratiue imo pure sophistice. et peccantes in logica ꝓpter cuius defectum iste deuotus homo non solū in hoc loco: sed in alijs passibus sepe deceptus fuit vt dicit vnus doctor et patet intuenti iō nolo in ꝓcessu suo insistere Sed tn̄ breuit̄ arguo sic demonstrabile ē ꝟitatē eē igit̄ ⁊ deū eē ꝯña pz ⁊ añs apparet q: Anselm⁹ credidit hic demōstrare monologiō. xviij. Cuius vis stat in hoc q: si ꝟitas nō ē ꝟ ꝟitatē nō eē. ver̄ ē ꝟ ꝟitas ē: ⁊ sic ꝟitatē eē

2. argu͂m

3. arg͂m.

sequit̃ ex vtraq; parte cõtradi-
ctiõis quare ꝛc. ¶ Quarto ar-
4. argu. guit̃ ꝯtra tertiã ꝯclusionẽ ꝛ di-
cta ibidẽ ꝓbando ꝙ ista de⁹ nõ
est nec q̃libet ĩpossibilis ĩplicat
cõtradictionẽ q: itellect⁹ põt in
telligere ĩpossibile. ergo nõ q̃đli
bet ĩpossibile ĩplicat ꝯtradictio
nẽ. ꝯña tenet q: intellect⁹ nõ po
test intelligere ꝯtradictoria. An
tecedẽs apparet q: itellect⁹ im-
possibile opinat̃ ꝛc. Itẽ pat; q:
nõ min⁹ põt intellect⁹ intellige-
re ĩpossibile q̃ volũtas velle im
possibile s; hoc põt volũtas q:
volũtas est ĩpossibiliũ. iij. ethi-
cor. P; etiã de penitẽte q̃ vellet
nõ fecisse qđ fecit. Itẽ de lucife-
ro q̃ appetiuit equalitatẽ dei.
Itẽ de pelagianis q̃ volũt esse
primi dñi suoꝝ actuũ. Item de
odiente deũ ꝛc. ¶ Ad ista respõ
B
Ad pͥmũ deõ ad primũ. dico primo ꝙ ad
illã cõcurrit de⁹ tanq̃ obiectu;
agens ꝛ terminãs nõ tñ imedia
te terminãs. vt p; ex supradict;
in primo articulo. Dico secũdo
ad illã auctoritatẽ phi: ꝙ si sub-
iectũ sit idẽ ꝛ agens idẽ sequit̃
eadẽ forma. quãdo agens natu
raliter agit ꝛ eodem modo se
habet ad passum: ꝛ subiectum ẽ
eodẽ modo dispositũ: sed non ẽ
inconueniens ꝙ idẽ intellectus
de obiecto habeat cognitiones
specie distinctas scđ; aliã ꝛ aliã
habitudinẽ vel dispositionẽ in-
tellectus obiecti vel medij sicut
in ꝓposito. Dico tertio ad illa;
partẽ antecedẽtis ꝙ licet omne
subiectũ cognitũ terminet sua;
cognitionẽ ex eo ꝙ aliquod ob-
iectũ terminare aliquã cognitio
nem non est aliud q̃ ipsum co-
gnosci ꝑ illã: tamẽ nõ omne ob-
iectũ cognitũ agit suã cognitio
nẽ: q: aliqđ est obiectũ cognitu;
qđ nõ ẽ nec fuit: ꝛ nihil tale agit
vel egit ꝛc. Dico quarto ad au-
ctoritatẽ augustini ꝙ illa debet
intelligi de re qua; cognoscim⁹
imediate in seipã: et sic est vera.
vñ p; ad rationẽ. ¶ Ad secũda; C
Ad scđm dico ꝙ ille ꝓcessus phi nõ ꝓbat
demõstratiue deum eẽ. vñ dico
primo ꝙ nõ ẽ euidẽs euidentia
sũma aliq̃d moueri: diceret eni;
proteruus: q: l; sic appareat tñ
nõ sic est. Scđo dico ꝙ l; eẽt eui
dens aliq̃d moueri. nõ tñ illđ ab
alio moueri. diceret eñi ꝓteru⁹
ꝙ aqua seipam mouet̃ ad replẽ
dum vacuum ꝛc. Similiter ipa
aqua calefacta seipsam reducit
ad frigiditatẽ ꝛc. quare ꝛc. Ter
cio dico ꝙ l; esset euidẽs omne
quod mouetur ab alio moueri
ꝛ concesso ꝙ non est ꝓcessus in
infinitum in mouentibus qđ nõ
est euidẽs: tamen ꝑ hoc nõ ꝯclu
ditur mouẽs imobile diceret ei
ꝓteruus ꝙ mouet̃. b. et licet. b.
pro tũc sit mouens immotũ nõ
tamen imobile. Quarto dico ꝙ
nõ est euidẽs ꝙ circulatio nõ sit
possibilis imo sic est ꝙ est possi
bilis diuerso genere cause. q̃re
ꝛc. Et ꝯsimiliter posset respon-
deri ad alios modos probandi
deu; eẽ. De cõfirmatione aute;
q̃ est de nouitate reꝝ ꝛc. postea
dicã. ¶ Ad tertiã dico primo ꝙ
ista ꝯña non est euidẽs veritas D
Ad tertiũ est. ergo de⁹ est ꝛc. Scđo dico ꝙ
antecedẽs nõ ẽ euidens nec hoc
demõstrat Anshel. vnde ad pro
bationẽ eius dico tertio. ꝙ licet
ista cõditionalis sit vera si veri
tas non ẽ / veritatẽ nõ eẽ verum
est: q: antecedens ẽ ĩpossibile vt

alias dixi tñ illa nõ est euidens sicut nec ista si homo non ē asinus hoiem nõ eē asinũ. est verũ. Quarto dico ꝙ ista ꝯña non est euidēs nulla veritas ē. ergo ista ꝓpositio est vera vel ei⁹ ꝯtradictoria ꝛc. quia stat ꝙ nec ipa nec sua ꝯtradictoria ē vera vt pꝫ. et sic ista ratio peccat ꝑ logicã ꝛc.

A Ad qrtũ — ¶ Ad quartã ꝯcedo añs ꝛ nego ꝯñam vñ primo dico ꝙ intellectus potest intelligere impossibile nõ solũ intellectione apprehensiua: sed etiam iudicatiua. Scd̃o dico ꝙ intellect⁹ põt intelligere ꝯtradictoria ꝛ licet de intellectiõe iudicatiua hoc possit negari tamen de apprehensiua nullus negat. Tertio dico ꝙ licet intellect⁹ possit assentire alicui ipossibili ꝛ ipse nõ possit assentire ꝓpositiõi ipossibili que est copulatiua ex ꝯtradictorijs nõ tamē sequit̃ quin quodlibet ipossibile iplicet ꝯtradictionem licet nõ explicet ꝯtradictionem sicut talis copulatiua. Et ratio diuersitatis ē: q: talis copulatiua euidenter implicat contradictionē: ꝛ hoc ego voco explicare seu iplicare ꝯtradictionē nõ sic autē quodlibet aliud impossibile. quare ꝛc. Quarto dico ad confirmationem ꝙ volũtas potest velle ipossibile vel saltē ipossibile põt velle. ꝛ hoc videre meo bene probant ille sex rationes ibidem inducte: vt patz intuenti et deducēti ꝛc. Et sic patz ad istas

B — rationes. Et hec de scd̃o articulo.

Tertius articul⁹. — ¶ Quantũ ad tertiũ articulũ in quo videndũ est vtrũ nobis sit euidenter notũ tantũ vnũ deuz esse. Primo premittã descriptionem / siue q̃d nois hui⁹ termini de⁹. Scd̃o ponã ꝯclusiões. Tertio obijciã ꝯtra ꝛc. Quãtuz igit̃ ad primũ punctuz notãdũ est ꝙ ad describendũ deuz nõ oportet oēs ei⁹ ꝯditiões ꝛ ꝓprietates includere in ei⁹ diffinitione q: hoc nobis foret impossibile. ideo dicũt aliqui ꝙ sufficit oēs vel plures vel aliquas eaꝝ de ipo notiores ꝛ sibi soli cõpetētes in ei⁹ descriptiõe ponere ꝛ inde ē ꝙ ei⁹ dantur diffinitiões diuerse a diuersis sicut patz in libris sanctorum et doctoꝝ. Ad cõuenienter autē describendũ datur ab aliq̃bus hec regula ꝙ de⁹ debet describi per oēm terminũ signantem ꝑfectionem simpliciter siue bene eē simpliciter sic ꝙ in omi materia melius est ipsuz esse ꝙ̃ nõ esse ꝛ hoc cum isto aduerbio summe. vt dicẽdo ꝙ deus ē ens summe bonum. summe sapiens. summe potens et sic de alijs ꝛc. ꝛ quanto plures termini ibidem congregãtur tanto melior ꝛ perfectior est descriptio ꝛc. C ¶ Secũdo notandũ est ꝙ ista regula nõ videtur omnino ratiõalis quia scd̃z istũ modũ dicendi non erit aliqua certa descriptio dei Pro cui⁹ declaratione aduertendum est ꝙ aliqua est ꝑfectio simpliciter de qua non est nobis euidēs ꝙ sit perfectio simpliciter sicut est ista posse facere q̃libet aliud a se. et ita stat aliquē de deo aliquam eius proprietatē ꝛ perfectionē simplicit̃ negare. dubitare / vel opinari quaz alius firmiter credit. Sunt enĩ multe pfectiones simpliciter ꝛ ꝓprietates dei q̃ pure creduntur ex fide vt quas nullo modo est euidēs deo cõuenire sicut esse liberum

actiua.⁊ infiniti vigoris.⁊ sic de
multis aliis.quare ⁊c. Ideo ad
conuenienter describēdū deū pono
istā regulā q̄ de⁹ debet describi
per illud qđ cōiter cōceditur deo con
uenire ab oibus q̄ ↄcedūt deum
esse vt dicēdo q̄ de⁹ est ens sum
me bonū ⁊ pfectissimū in entib⁹
Oēs enī cōcedentes deū eē com
muniter cōcederēt deo illud cō-
uenire.et sic ista descriptio erit
certa ⁊ cōis apud oēs ↄcedētes
deū eē. Nō sic aūt esset si in sua
descriptiōe deberēt poni cōiter
⁊ īdifferēter alij termini signan
tes pfectiōes simpliciter qui de
deo nō ab oibus sed solū ab ali
quibus/vel a fidelib⁹ cōcedun-
tur.sicut sunt isti essentia pdu-
ctiua oīm alioꝝ a se essentia infi
niti vigoris.essentia cōmunica-
D bilis tribus suppositis.essentia
creatura de nichilo ⁊c. ¶ Ter-
tio notandū q̄ sicut iam patz ex
dictis in descriptione dei debet
poni istđ aduerbiū sūme vl' ali⁹
suplatiu⁹ includens ipsuz.sicut
dicēdo q̄ de⁹ est ens summe bo-
num.vel pfectissimū in entibus
Et ideo sicut suplatiuus potest
dupliciter exponi affirmatiue ⁊
negatiue.sic iste terminus deus
potest habere duplicē descripti
onem. Prima est q̄ deus est ens
omni alio a se melius ⁊ pfecti⁹.
Secunda est q̄ de⁹ est ens quo
nihil est melius vel perfectius.
E i.ↄclo. ¶ Hijs premissis pono tres con
clusiones. Prima q̄ licet primo
modo describēdo deū nō possit
a nobis euidēter pbari tantum
vnū deum esse. tamen sic potest
euidenter pbari q̄ ad deum eē
sequitur tantum vnū deum esse
Prima pars probatur quia ista
propositio deus est. non est per
se nota nec ex per se notis demō
strabilis:nec est nobis p experi-
entiam euidēs vt satis pz ex di-
ctis in primo articulo. Igit ista
tm̄ vn⁹ de⁹ est.nō pōt nobis eui
dēter probari describendo deuz
illo modo. Consequentia patet
quia secunda euidenter infert pri
ma ⁊c. Secunda pars probatur
quia euidenter sequitur deus ē.
est ergo tantum vnus deus: q2
si detur oppositū scilicet q̄ sint
duo dij et plures dij illo modo
describendo deum euidenter se-
quitur contradictio quia sequi
tur.a.⁊.b.sunt duo dij.ergo per
illam descriptionem.a.est perfe
ctior.b.⁊ similiter ergo.b.est p-
fectior.a. ⁊ per ↄñs.a. est perfe-
ctior ⁊ impfectior q̄3.b.⁊.b.q̄3.a.
quare ⁊c. ¶ Secūda cōclusio q̄ F
licet secundo modo describendi ij.ↄclo.
deū non possit a nobis euidēter
pbari tantū vnū deum esse:nec
q̄ ad vnū deum eē sequatur tm̄
vnū deum eē.tamen q̄ nō possit
euidenter pbari non possumus
euidenter probare. Prima pars
pbatur.q2 dicēti q̄ sunt plures
dij equaliter perfecti nō potest
euidenter oppositū pbari plus
q̄3 possit euidenter pbari oppo
situm dicenti q̄ sunt plures res
equaliter perfecte quarū queli-
bet est de⁹ sicut arguebatur an-
te oppositum ⁊c. Secūda pars
pbatur q2 licet rationes pban-
tes vnitatem dei possint appa-
renter solui: pter quod bene
concedo q̄ vnitas dei nō potest
nobis euidenter probari.tamen
non potest euidenter ostendi q̄
ille rationes non concludūt. q2
hoc non posset euidenter osten-

di nisi euidēter soluendo rōnes illas qḋ nō possum⁹. Ppt̄ qḋ concedo ꝙ ista negatiua vnitas dei nō pōt euident̄ ꝓbari.nō potest a nobis euidenter ꝓbari sicut licet ista sit vͣ trinitas psonaꝝ nō pōt a nobis euidēter ꝓbari:tn̄ ista negatiua nō potest euidēter ꝓbari.ꝛc. ¶ Tertia cōclusio ꝙ licet nullo predictoꝝ modoꝝ describendo deū sit nobis euidēs/aut possit esse in naturali lumine tātum vnū deum esse.tamen hoc est ꝓbabile naturali ratione. Prima pars sequitur ex dictis supposito quid nominis huius termini lumen naturale.per quem intelligo lumen siue cognitionē sine errore intellectui possibilē de cōmuni cursu nature. Et dico sine errore qꝛ cognitio erronea non debet dici lumen naturale sed potius tenebra. sic ergo sumendo lumen naturale.ptꝫ ꝙ in naturali lumine non est nobis per se aut p̄ experientiā notū tantum vnū deū esse vt clarū est: nec ex taliter notis potest nobis euidenter ꝓbari vt dictū est quare sequitur ꝙ hoc nō est nobis euidens nec potest esse.igitur ꝛc.

Secūda pars probatur supposito quid nominis hui⁹ termini ratio naturalis per quē intelligo rationē sumptā ex hijs que nobis apparent de cōmuni cursu nature. Sic ergo sumēdo ptꝫ ꝙ multe ratiōes naturales possunt fieri ꝛ facte sunt a philosophis concludentes tantum vnū deum esse licet non euidenter tamen probabiliter et probabilius ꝙ̄ posset concludi oppositum vt post patebit. ¶ Ex hijs sequūtur aliqua. Primo ex prima parte hui⁹ ꝯclusiōis: sequitur ꝙ nec oppositū articuli de vnitate dei nec oppositū alicui⁹ alteri⁹ articuli fidei pōt probari in lumine naturali. Patet qꝛ licet ad probandum opposita horū articulorum fidei possunt fieri alique rationes naturales probabiles tamen tales non probant in lumine naturali quia semper peccant vel in materia vel in forma.ꝛc.quare.ꝛc. Secundo sequitur ꝙ articulum de vnitate dei crediderunt philosophi et probauerunt in lumine naturali. Patet in libris Aristotelis et aliorum plurium philosophorum. ¶ Sed contra hoc est magister Hugolinus qui tenet ꝙ philosophus nunꝙ̄ formauit propositionem mentalem verā de deo/et ratio eius est quia cōceptus illi quos Aristoteles opinabatur vel credidit supponere pro deo. pro nullo supponebant. Uerbi gratia primum ens infinitum in vigore vel cognoscens per suam essentiam/ꝛ nichil extra se/ vel prima causa naturaliter agens/ vel summa perfectio solum in vno supposito existens.ꝛc. Isti enim conceptus pro nullo supponunt eo ꝙ implicent aliquid quad non potest vere dici de deo quare ꝛc.

¶ Sed hoc dictum videtur puerile nec eget reprobatione. Primo enim patet falsitas in negatiuis.et cetera. Secundo in affirmatiuis potest euidenter ostendi: quia licet hoc totum asinus rationalis pro nullo supponit non tamen sequitur ꝙ ly asinus per se nullo modo sup

A 3.conclo. [margin]

B [margin]

Opinio hugolini [margin]

C Improbatio. [margin]

ponat. quare ꝛc. Uñ ad euiden-
tem huiꝰ declarationē. ¶ Primo
suppono ꝙ aliqua res bene con
cipit̃ pluribꝰ conceptibꝰ pro ea
supponibilibꝰ. ¶ Scđo ꝙ ꝯceptꝰ
vniꝰ rei pōt nō cōponi cum alio
cōceptu eiusdē rei vel nō adiun
gi sibi per modū determinatio-
nis cū suo determinabili. ¶ Ter
tio ꝙ isti cōceptꝰ prima causa ꝛ fi
nitum in vigore sut diuersi con
ceptus. Tūc arguitur sic stat ꝙ
aliqua res ꝯcipitur vno ꝯceptu
ꝓ ea supponēte absqꝫ hoc ꝙ ali
us cōceptus priori adiūgat̃ per
modum determinationis ad su
um determinabile. ergo si talis
ꝯceptus predicetur de se erit ꝓ-
positio affirmatiua vera. ꝛ per
cōsequēs Aristoteles formans
istam mentalem. prima causa ē.
prima causa formabat verā pro
positionem ꝛc. Item aliter seq̄-
tur ꝙ quicunqꝫ opinaretur ali-
quē ꝯceptū supponere pro aliq̄
re pro qua non supponit tūc nō
possit habere cōceptum suppo-
nentem pro illa re de qua false
opinaretur. Consequētia patet
sed absurditas ꝯsequētis patet
q̄a sic q̄cūqꝫ aliquod falsū opi-
naretur de deo vt quod posset
facere supremam speciē ꝛc. nul
lum verū crederet de deo. et ita
in alijs ꝛc. ¶ Tertio sequit̃ ꝙ ar
ticulus de vnitate dei licet non
possit nobis fieri euidens in lu-
mine naturali tñ hoc pōt in lu-
mine superiori. Patet. q: lumi-
ne supnaturali ꝛc. ¶ Quarto ex
hoc sequitur ꝙ articulꝰ de vnita
te dei potest eē magis euidens
q̄ꝫ nobis sit euidens veritas pri
mi principij. patet. q: ꝓbabile ē
ꝙ ꝯprehēsores in lumine patrie
supnaturali clariꝰ vident cōclu
siones q̄ꝫ nos viatores pncipia
nā cū finite ꝛ nō multū clare vi-
deamꝰ ꝛ per lumen minꝰ tā ꝑfe-
ctionaliter q̄ꝫ gradualiter. vide
tur ꝙ quelibet veritas necessa-
ria possit absolute a nobis vide
ri clariꝰ q̄ꝫ nos modo p lumē na
turale ꝓmū pncipium videamꝰ D
ꝛc. ¶ Sed contra p̄dicta arguit̃ ꝯ p̄dictā
ꝓbando ꝙ vnitas dei possit na
turalit̃ demōstrari. ¶ Primo q̄-
dem sic q: euidens ē aliq̄d posse
nouiter esse ꝛ per ꝯñs tale ē ꝓ-
ducibile et nō a se ergo ab alio.
Et de illo quero vt prius et sic
semp vltra. vel ergo deueniā ad
aliqđ simplr̃ pmū/ꝛ habetur ꝓ
positū. vel erit ꝓcessus in infini
tum qđ est euidenter impossibi
le ꝛc. Et si dicatur ꝙ fm phm in
generationibus est possibile ꝓ-
cedere in infinitum hoc non va
let q: philosophus non cōcedit
ꝓcessum in infinitū in causis es-
sentialit̃ ordinatis. sed tm̄ in ac-
cidentaliter ordinatis. ¶ Scđo ij. argui.
arguitur ꝯfirmando predictam
rationē ꝛ ꝓbando ꝙ nō sit pos-
sibilis ꝓcessus in infinitū in cau
sis eēntialiter ordinatis q: vni-
uersitas causatoꝝ eēntialit̃ or-
dinatoꝝ ē causata igitur ab ali
quo qđ est supra illā multitudi
nem ꝛ nō ē aliq̄d illius multitu
dinis. aliter em̄ idem esset causa
sui ipsius quare ꝛc. Itē aliter se
queretur ꝙ idem effectus habe
ret simul infinitas causas actu
ipm causantes et per ꝯsequens
in causis eēntialiter ordinatis
erit aliquid simpliciter primū
¶ Tertio arguitur per rationē 3. argut̃
cuiusdā doctoris qui tenet ꝙ p̄-
dicta argumētatio valet ita bñ

in accidẽtal'r ordiatis sicut in essential'r ordinatis si bñ formetur Capio inquit totã mltitudinem illoꝝ q̃ꝝ quodlꝫ hꝫ aliqđ pͥus se. Tunc arguit̃ sic. Tota ista multitudo habet aliq̃d pͥus se. ĝ preter totã illam multitudinẽ oportet dare aliquid prius vel ergo illud est simpliciter primum ꝛ habetur ꝓpositum/vel nõ ꝛ hoc est contra propositũ quia ipsũ erit pars multitudinis illorũ quorũ quodlibet habet aliquid prius. quare ꝛc. ❡ Quarto arguit̃ sic si eẽnt plures dij aut distinguerẽtur specie aut solo nũero. si specie tunc non essent eque perfecti ꝛ per cõsequens min⁹ perfectus non eẽt deus. si solo numero tũc possent eẽ infiniti. q̃a quãdo sũt plura indiuidua distĩcta solo numero. non apparet contradictio qui sint plura. nec potest assignari status ad certum numerũ quin maior possit esse ꝛc. ❡ Ad ista respondetur ad primũ ꝛ scđm simĺr respondendo quia faciunt vnam rationem. vnde primo dico. ista ratio non probat euidenter tantũ vnũ deũ eẽ. quod patet multipliciter. ❡ Primo quia in ista ratione p̃supponitur nouitas rei q̃ nõ prefuit/nec aliquid eius. talis autem nouitas nõ cõcluditur euidenter ex apparẽtibus naturalib⁹ cũ multe mutationes valdo apparenter saluent̃ a modernis absq; rerum a p̃existentibus distinctaꝝ nouitate sicut de motu locali ꝛ de motu ad quantitatem ꝛc. Et tali modo diceret proteruus ꝙ possent saluari omnes mutationes ad accidentia ꝛ etiã ad substãtias a fortiori. quia nõ sunt sensibiles nisi per mutationem factã in accidẽtib⁹ sensibilibus. et sic si talia saluarẽt̃ p res aliť se hñre / vel appere res aliť se hñre solũ. nõ reqreret̃ aliqđ agẽs extrinsecũ a re ipsa aliter habente. nam res aliqñ aliter se habet vel apparet aliter se habere se ipsa sola sine extrinseco agente sensibiliter vel apparente. ❡ Secundo in predicta ratione presupponit̃ bonitas huius consequẽtie si aliquid nouiter est illud ꝓducitur ab aliquo hec autem ꝯsequentia nõ est euidẽs ꝛc. Diceret eñi proteruus ꝙ sicut non sequitur euidenter. a. nouiter non est: igitur ab aliquo nouiter non est. sic nõ euidenter sequit̃. a. nouit̃ est igit̃ ab aliquo ꝛc. q̃a sicut aliquis põt desinere eẽ per solam absentiam ꝯseruantis nullo ad hoc positiue agente. sic põt incipere eẽ p solam absentiam impediẽtis nullo ad hoc positiue ꝯcurrẽte. immo diceret ꝓteruus valde apparenter ꝙ multum difficile est exprimere quid est vnam rem esse ab alia sine effici aut ꝓduci ab ea. maxime vbi vna põt esse sine alia. verbigratia tu dicis ꝙ ignis efficit vel producit calorem et est eius causa efficiens constat tamen ꝙ iste calor posset esse et non eẽ ab illo igne. sꝫ a solo deo. igne se habente ad illuꝫ calorem oĩno similiter sicut primo. scđm omneꝫ nostrã apparentiam ꝛc. quare. ꝛc. ❡ Tertio ista ratio presupponit ꝙ alique sunt cause essentialiter ordiate. hoc aũt non est euidens q̃a ille ꝯditiones causarũ eẽntialiter ordiatarum quas assert⁹ ponam non possent euidenter probari cõuenire aliquibus causis vt ptꝫ intuẽti. ❡ Quarto ista ra

iiij. arg.

A Ad pͥmũ ꝛ scđm.

tio p̄supponit q̄ nõ sit possibilis p̄cess⁹ in infinitũ in causis eẽntia lit͛ ordiatis. hoc aũt nõ est eui dẽs. tũ p͛io. q͛ fm phos talis p̄cess⁹ p̄cedit possibilis i causis ac cidẽtal͛r ordiatis. tũ scdo q͛ fm fi dẽ possz p̄babil͛r dici q̄ de⁹ pos set facere ifinitas causas actu ex istentes sibi essentialiter ordina tas ꝛc. ¶ Quinto concessis om nibus predictis adhuc ratio non probat euidenter. quia p̄teruus diceret q̄ in causis essentialiter sub ordinatis esset circulatio ita q̄ quelibet esset ab aliqua et sic esset p̄cessus in infinitum nec ali qua simpliciter prima. q̄ autẽ ta lis circulatio nõ sit possibilis nõ potest euidẽter probari. Sexto concessis omnibus presupposi tis ꝛ etiam q̄ non sit talis circu latio possibilis: adhuc ratio non probat aliquid esse simpliciter p̄ mum exponendo affirmatiue. i. quo nihil est prius ꝛ sic ratio nõ probat euidenter illud primum efficiens esse tm̃ vnum: q̄a proter uus diceret q̄ plura eẽnt prima efficientia. ita q̄ nullo aliquid es set prius efficiens. diceret etiam q̄ licet vnum eẽ tantum primum efficiens illud tamen non eẽt sim pliciter primum ens ꝛ perfectissi mum quia aliquid esset eo prius quod non esset efficiens sed eius vltimus finis propter quod age ret. ꝛ sic primum efficiens non es set deus. Patet ergo q̄ predicta ratio non probat euidenter tan

B tum vnam eẽ deum. ¶ Ex predi cto processu apparet q̄ in philo sophia seu doctrina Aristotelis nulle vel pauce sunt rationes eui denter demõstratiue. patet quia illa ratio videtur apparentior in ter omẽs quas vnq̄ Aristoteles fecit ꝛc. Item seq͛tur q̄ phia Ari stotelis seu doctrina magis de bet dici opinio q̄ scientia ꝛc. ꝛ iõ valde sunt rep̄hẽsibiles q̄ nimis tenacit͛ adherẽt auctoritati Ari stotelis ꝛc. ¶ Secunda principa liter dico ad predictam rationem q̄ ista ratio licet non sit demon stratiua ipsa tamẽ est p̄babilis ꝛ debet dici bona ratio naturalis. Patet q̄a licet proteruus possit eam multipliciter euadere vt pa tuit. tñ probabilius persuadet q̄ possit persuaderi oppositum ꝛc.

¶ Tertio dico q̄ ista rõ põt ap parentius et efficacius formari q̄ Aristoteles eam formauit: vñ sicut dicit Ockam apparentius potest probari primitas efficien tis ꝛ eius vnitas p̄ conseruatio nẽ rei a sua causa q̄ p̄ p̄ductiõez accipiendo productionem fm q̄ est rez accipere eẽ imediate post non esse. Cuius ratio est q̄a ni mis difficile eẽt p̄bare q̄ non sit p̄cessus in infinitũ in causis eius dem rationis quaruz vna possit eẽ sine alia sicut philosophi po suerunt hominem generantẽ an te hominem generatum in infini tuz. Similiter difficile est proba re per productionem q̄ vnus ho mo non possit produci ab alio si cut a causa totali. modo si ista duo concederentur non posset p̄ bari q̄ iste processus in infinituz non esset possibilis nisi esset ali quid vnum semper manẽs a quo tota ista infinitas dependeret. Et ideo ratio potest melius sic formari quicquid taliter produ citur ab alio q̄diu manet in esse reali ab aliquo real͛r p̄seruatur: sed iste effectus producitur. igit͛ C

q̄ diu manet ab aliquo ꝯseruat. tūc q̄ro de illo ꝯseruāte aut pōt ꝓduci ab alio/aut nō. si nō tunc est efficiēs p̄mū sicut est conseruans primum: q̄a eē conseruans est eē efficiēs vt ondam in quarto. Si aūt illō ꝯseruās ꝓducitur ab alio igit̄ ꝯseruatur ab alio: et de illo alio q̄ro sicut pri9. ⁊ sic vł oportet ꝓcedere in infinitum: vł oportet venire ad aliqđ primum conseruās nō cōseruatum: ⁊ tale est p̄mū efficiēs. Sꝫ nō est possibile eē processum in infinitum in cōseruantibus. q̄r tunc actu eēnt īfinita: quod est impossibile saltem naturaliter. sicut posset ꝓbari per rōes phi et alioꝝ q̄ sūt satis rationabiles. Et p ꝯsequēs per istam rationē patet sufficiēter: licet non euidenter q̸ oportet dare primū conseruans ⁊ ita

A primū efficiens. ¶ Differt autē ista ratio ab alia ratione facta sub alia forma: q̄a ista arguit p conseruationē: alia p productionem modo semp oīe cōseruans aliud siue mediate siue imediate est actualiter cū suo ꝯseruato ⁊ ecōuerso. nō autem omne ꝓductum ab alio requirit q̸ illud a quo est ꝓductum sit simul actu cū eo ⁊ sic q̄uis possit poni processus in īfinitum in causis producentibus sine īfinitate actuali. non tamen in conseruantibus ⁊c. quare ⁊c. Et sic patꝫ quomodo predicta ratio potest apparenter fortificari. ¶ Quarto p̄ncipaliter dico circa p̄dictam rationem q̸ ip̄a solum valet arguendo in causis eēntialiter ordinatis ⁊ nō in accidētaliter ordinatis: sicut prius tactum est. ideo ad declarationē huius videndū

est que sint cause eēntialiter ordinate: et q̄ accidētaliter ordinate. Et de hoc dico q̸ inter eas est triplex differentia. ¶ Prima est q̸ in causis eēntialiter ordinatis scđa depēdet a p̄ma in causando B

Cause aūt accidētaliter ordinate sūt quaꝝ neutra ad ꝓductionē alicui9 effect9 aliā req̄rit neutraliter in causando. ¶ Secūda differētia est q̄ seq̄tur ex p̄ma. q̸ in causis essentialiter ordinatis est causalitas alteri9 ratiōis: ⁊ alteri9 speciei ita q̸ cause eēntialit̄ ordinate sunt alteri9 speciei: q̄a ad causationem vnius effectus sufficit vnum vnius rationis sic nō est de alijs quare ⁊c. ¶ Tertia differentia est q̸ omnes cause essentialiter ordinate simł requiruntur ad causandum effectum: in causis autem accidentaliter ordinatis non requiritur earum simultas in causando. q̄re ⁊c. Et si dicatur q̸ mus et sol essentialiter subordinantur in causando murē et tamen non requiritur earum simultas. dico q̸ licet mus essentialiter subordinatur ad solē nō tamē ecōuerso ⁊c. ¶ Unde circa predicta sciendū est q̸ causarum concurrentium ad determinatum effectuꝫ C si vna non possit concurrere nisi alia concurrat ita dependet vna ab alia in causando sicut econuerso. generaliter tamen illa que est prior et illimitatior non sic omnino dependet a posteriori causa eiusdem effectus sicut econuerso. verbi gratia. dico q̸ in generando hominem homo essētialiter a sole dependet: et econuerso. q̄r nec homo sine sole: nec sol sine homi-

ne pot est hoiem gnare: sed tn̄ sol sine sorte pōt hoiem gnare: ꝛ sic causa vniuersalior ꝛ illimitatior nō oino depēdet ab inferiori scʒ sol ab homine sicut iferior a superiori ꝛ vniuersaliori propter causam dictā scilʒ: q: sol in ꝓducēdo hoiem nō reqrit necessario hoc singulare. puta sortē ad cōproducēdū sed ecōtra. Aliqn̄ autē non est sic mutua dependētia causarū ꝯcurrētiū in causādo: sicut qn̄ sol ꝛ mus generāt murē: q: licet mus nō possit gnare murē sine sole: sol tn̄ pōt sine mure: ꝛ ꝑ hoc pōt apparere quomodo ꝓcedūt multe instantie: quas in hac materia mouet ockam ꝯtra scotū ponētem p̄dictas dr̄ias ꝛc.

D ¶ Ex predictis seqtur primo ꝙ nō est nobis euidēs per experiētiam: nec per demonstrationem: sed solum opinatū vel creditum aliquas causas sic esse essentialiter ordinatas. patʒ satis ꝑ predicta. Secūdo seqtur ꝙ scdm fidē c mis causa creata non solum in essendo: sed etiam in causando eēntialiter dependet a deo. Tertio seqtur ꝙ deus a nulla causa depēdet essentialiter in causando. Quarto sequitur ꝙ fm fideʒ simpliciter et absolute nichil essentialiter dependet ab aliqua causa creata siue in causari siue inesse.

E ¶ Circa qđ sciendum qđ aliqđ essentialiter dependere ab alio pōt dupliciter itelligi. Uno modo simpliciter ꝛ absolute. q̄a scʒ sine illo nō posset esse vel conseruari aliis q̄buscunq; positis: ꝛ sic nichil essentialiter depēdet nisi a solo deo. Alio mō secūduʒ quid quia scilʒ de facto ponit in esse et conseruatur ab illo ꝛ sine illo nō fieret nec naturaliter fieri posset licʒ bene absolute. ꝛ sic aliqđ eēntialiter depēdet a causa creata q̄a secundum cursū nature causatur ꝛ cōseruatur ab illa ꝛc. Sic igitur patet ad predictā rationē qnantum ꝓbat: ꝛ q̄tum non: ꝛ qualiter debeat intelligi ꝛc.

¶ Ad tertiam rationē dico ꝙ non valet. vnde ipsa hʒ multas instātias. nā cōsimiliter probaretur p̄mū instās t̄pis: ꝛ p̄mū punctū in cōtinuo: ꝛ ꝙ in eo nō sunt partes infinite: ꝛ ꝙ mūdus non durabit in infinitū sic pʒ intuenti ꝛc. Un̄ maior est falsa si . y tota capiat cathegorematice nec ꝓbat ad illum sensum. ꝛ sic nō valet ratio gratia forme gr̄a tn̄ materie tene. de primo agete licet nō cōuincat ꝛc. F Ad tertiū.

¶ Ad quartā dico ꝙ licʒ illa sit bona ratio naturalis ꝛ ꝓbabiliter ꝯcludēs ꝙ nō possent eē plures dij nō tamen euidēter ꝓbat. qđ. pʒ. q̄a nō potest demonstrari ꝙ ipēs plurificabilis in indiuiduis non terminet se ad certum numerū indiuiduorū. Non eni pōt demōstrari qui aliqua astra sint eiusdem spēi. ꝛ tn̄ illa scdm philosophos sibi determināt certū numerum indiuiduorū sub qualibet specie ita ꝙ non possunt plura eē sub eadē specie. Similiter sol ē eiusdem speciei cum suis medietatibus ꝛ tamē determinat sibi certum numerū medietatum. Similiter scdm catholicos tres persone diuine sunt eiusdem speciei ꝛ tamē determinant sibi certū numerum. Et ita dicere posset protervus ꝙ species diuina determinat sibi certum numerū ita ꝙ sunt duo. vel tres dij eiusdē spe G Ad q̄rtū

¶ Secundo spāliter arguo ꝙ ex scripturis nō potest euidenter cōcludi ꝙ eēntia diuina nullam rē in diuinis generat nec ab aliqua gñat. C Ubi sciendū est ꝙ fm aliquos ex duobus euidētibus suppositis vna cum illis q̄ manifesta sunt in fide magr euidenter concludit ꝙ essentia diuina non generat ⁊c. Prima suppositio eoꝝ est hec: ꝙ nulla res generat seipsam. Secunda est ꝙ tanta est identitas essetie diuine ad quamlibet personam sicut essentie ad seipsā.¶ His enī suppositis argūt ꝓbatio.

tc. Si essentia diuina generat et generat essentiã diuinã aut patrem aut filiũ aut spiritũsãctũ. non pmũ p pmã suppositionem nec scdm aut quartũ qr hoc est manifeste hereticũ. nec tertiũ p scdam suppositionẽ etiã fz Augu. pmo de tri. c. i. et de imortalitate aie. ca. xiij. Nichil gñat idez qd ipm est. ¶ Sic eñ format rõnem magr. Greg. et videt multis euidẽs illatio. Sed salua oiz reuerẽtia dico q ex dictis suppositionib' vna cũ oibus manifestis in fide añ determiatioñ in qua magr sñiaz approbat et eius ñnia. non cõcludebat euidẽter illud: nec ab August. nec a magro: nec ab aliquo alio qd patz. qr cõmuis cõcederet scda suppositio q scz essentia sit tam idem patri etc. qd tamẽ non est euidẽs vt postpatebit. non tñ sequit pater gñat. ergo eẽntia gñat. ergo pari rõe non seqtur euidẽter nec formaliter eẽntia gñat filiuz ergo gñat se. Ideo dicũt aliqui q non seqtur nisi q essentia diuina gñat idem qd se. sicut bene ɔcedit q pater gñat id qd se. quare. etc.

E

Pbatio

Sic igitur dupliciter potuisset respõderi magro añ determinationẽ. Uno modo q licet eẽntia diuina non generet eẽntiã diuinã nec generet ab eẽntia diuina. tñ gñat filiũ et generat a patre: nec opositũ euidenter concludit predicta ratio. Scdo modo potuisset dici q licet essentia gñaret essentiam non tamen sequitur euidẽter essentia diuina generat diuinã essentiã. ergo generat se essentiam vel aliam: sicut ipe magr negat istã. deus gñat deum ergo se deũ vel aliũ deum

Et si dixisset q non est simile qr iste terminus deus qñqz sumit psonalit. nõ aũt iste termin' essẽtia. Cõtra hoc est Aug. q sumit hunc terminũ eẽntia psona. iter quãdo dicit eẽntiã de eẽntia et ita sepe faciebãt doctores alij añ illã determinationẽ ɔcilij. etc. Si ergo dicatur q magister p illaz ppositionẽ eẽntia non gñat essentiam non intendit aliud nisi q res q est plures res et quelibet illaruz nõ generat. etc. ¶ Ad hoc dico q illud nõ sequebatur euidenter ex manifestis in fide ante illam determinationem damnamus extra de sum. trinita. etc. Si autẽ dicat quare ergo ecclesia talẽ positionẽ ita mirabilẽ acceptauit et determinauit. ex quo non poterat euidẽter ɔcludi ex scripturis etc. Dico pbabiliter q ipsa in hoc articulo et in pluribus alijs multa determinauit q non poterat euidenter ɔcludi. etc. sed tales varitates deus voluit credi a catholicis quare voluit ipsas reuelare eccl'ie et per eam determinari. et sic qñqz determinatiões eccl'ie nõ semp pcedant p euidentem illationẽ ex scripturis sed p spãlem reuelationẽ factaz catholicis. Si vero qratur quõ constat de tali reuelatione etc. Dico q difficile est ɔstare nisi illis quib' reuelatio fit ideo donũ dei speciale est credere recte etc. Et hec de secũda. G
¶ Tertia ɔclusio est q sicut predicta positio fidei a nobis imaginabilis sic ipsa pbabiliter est sustinibilis. Prima pars pbat qr talis positio fidei pt a nobis credi. igitur et imaginari. antecedẽs ptz et ɔña tenet: quia crede=

F

3. ɔcl'o.

re aliq̄d est appet sic esse vel sal tē nō stat aliq̄d credere ⁊ nō apparere sic eē. sȝ p imaginari nihil ꝓ nūc aliud intelligo q̄ȝ appere sic eē. quare ⁊c. Un̄ si q̄ auctoritates videntꝫ sonare oppositū itelligēde sūt ꝙ hoc nō a nobis imaginabile. s. naturalitꝫ ꝑfecte ⁊ clare. Scd̄a pars probatur q̄ȝ illa positio pōt ꝓbabiliter sustineri q̄ potest imaginari et credi ⁊ ad cuius apparētiā pn̄t alique rationes ꝓbabiles fieri: ⁊ q̄ potest sine ꝯtradictiōe sustineri sed predicta positio pōt credi et imaginari vt dicit pͥma pars. ⁊ ad eius apparētiā pn̄t aliq̄ rōes ꝓbabiles fieri sicut miracl'a ⁊ pluasiones vt dictum fuit in. i. q. arti. ij. Et ipsa potest sine ꝯtradictione sustineri vt dicetꝫ in scd̄o ar. hui⁹ q̄stionis. Et sic pȝ minor. sȝ maior ꝓbatur: q̄ȝ ille sunt tres ꝯditiones reqūite et sufficientes ad hoc ꝙ aliqua positio possit ꝓbabiliter sustineri. ⁊ sic pȝ tertia cōclusio ⁊ ꝑ ꝯn̄s rn̄sio ad istum articulū. ¶ Sed ꝯtra arguitꝫ ꝓbā do ꝙ p̄dicta positio non possit ꝓbabiliter sustineri. Pͥo sic talis positio repugnat simplicitati dei. igitur ⁊c. ꝯn̄a tenet q̄ȝ catholicus cōcedēs deum esse simplicissimū non potest ꝓbabiliter sustinere aliq̄d huic repugnans seu ꝯtrariū. An̄s ꝓbatur q: vbi est pluralitas: ibi nō potest esse summa simplicitas. Nam illud videtur simplicius in quo nulla omnio est pluralitas q̄ȝ illud in quo est pluralitas. Confirmatꝫ. quia si pluralitas triū ꝑsonarū non repugnat simplicitati dei. pari ratione nec quaternitas et per consequens nec infinita pluralitas. ꝯn̄a tenet: q̄ȝ oino videtꝫ cōsimilis rō ⁊ per ꝯn̄s est absurdū ⁊c. ¶ Scd̄o p̄dicta positio repugnat vnitati igitur ⁊c. ꝯsequētia pȝ sicut prius. ⁊ antecedēs probatꝫ. quia ista ꝯsequentia est bona vnū est tale quo magis cogitari non potest q̄ illud ē deus. Ita pari ratione ista erit bona tria sunt talia quoꝝ quolibet maius cogitari nō potest q̄ sunt tres dij quia non appet ratio dissimilitudinis sed an̄s secū de consequentie secundum p̄dictam positionem conceditur de personis diuinis igitꝫ ⁊c. Confirmatur q: ꝑsonaꝝ pluralitas arguit oppositionē ꝯtradictoriaȝ inter ꝑsonas quia pater est pater et filius non est pater sed oppositio ꝯtradictoria est maxima scd̄m p̄hm igitur ꝑsonarum pluralitas arguit oppositionē maximā. sed illa excludit vnitatem summaȝ q̄ȝ minor oppositio scȝ contrarietas excludit illam. igitur ⁊c. ¶ Tertio p̄dicta positio repugnat īfinitati dei. igitur ⁊c. ꝯsequentia pȝ vt prius. et antecēdens probatur quia si persōe diuine distinguntur vel ergo finite vl' infinite. Si finite ergo cū ista distinctio vnius persone ab alia non sit nisi persona ⁊ illa distinctio estȝ finita sequitur ꝙ illa persona erit finita. ⁊ per consēq̄ns deus erit finitus non q̄ infinitus quod est ꝓpositū. Si infinite q̄ tunc ipsa distictio estȝ infinita ⁊ per cōsequens nulle alie res magis distiguerentꝫ q̄ȝ tres ꝑsone nec deus. a creatura nec due creature intra se quod est falsum quia distinguntur personaliter et essentialiter et per

Margin notes: ar. scd̄o. — Ar. pͥmo — ar. tertio

ſone diuie ſolū pſonat'r. Confir=
mat'. q: ſi infinite ꝫ ſi p impoſſi=
bile eēnt duo dij illi nō magꝭ di=
ſtiguerent int' ſe ꝙ pſone diuie.
4. argu. ¶ Quarto p̄dicta poſitio repu=
gnat pfectiōi dei. igit' ꝛc. Aña pꝫ
vt pri⁹ ꝛ añs pbat' q: vel eē pa=
trē eſt alicui⁹ pfectiōis vel nulli
us. Si nullius ꝫ nichil ē eē pfēꝫ
in diuinis. Si alicuius ergo cuꝫ
filius nō ſit pa' ſequit' ꝙ aliqua
perfectio conuenit patri q̄ non
cōuenit filio. ꝛ p cōſeqns fili⁹ nō
eſt ſumme pfectus. igitur ꝛc.
Confirmatur. quia vel quelibet
perſona eſt ſufficienter perfecta
ad agendum omnia que omnes
poſſunt vel non. ſi nō. ergo non
quelibet eſt omnipotēs. nec per
conſequens ſumme perfecta. Si
ſic. ergo plures ꝙ vna ſuperflu
unt. quare non ſunt plures po=
nende. conſequentia patet p ma
giſtrum lib. i. diſti. iij. ca. ij. vbi p
bat vnitatem dei ſic. Si eſſent
duo dij. tūc aut vterqꝫ haberet
qđ alius habet aut nō. Si nō ali
quis eoꝝ eſſet inſufficiens. ſi ſic.
B alius ſuperflueret ꝛc. ¶ Ad iſta
Ad p̄mū reſpondetur. Ad primā pro ma
teria premitto iſtam diſtinctio=
nem ꝙ ſimplicitas poteſt capi
multipliciter. Uno modo vt ex=
cludit pluritatem. et hoc dupli=
citer: quia vel vt excludit ab ali=
qua re omnem pluritatem tam
eſſentialem ꝙ realem. vel vt ex=
cludit ſolū pluritatem eſſentia=
lem non realem. Alio modo pōt
capi ſimplicitas vt excludit cō=
poſitionem: et ſic ſumitur com=
muniter et hoc dupliciter: quia
aliquid poteſt dici ſic ſimplici=
ter ſimplex vel q: ex nullis reb⁹
componitur vel quia nec ſic cō=
ponit' nec eſt alicui rei cōponibi
le. Et iuxta hoc pono ppoſitio=
nes. ¶ Pria ꝙ de⁹ ſeu deuia eſſē
tia p'io mō nō ē ſimpl'r ſimplex
pꝫ: q: nō excludit pluritatē ſup
poſitoꝝ ꝛ hoc pbat pria rō. Ex
ꝗ pꝫ ꝙ illo primo modo eſſētia
diuina non eſt tā ſimplex ꝙ ſim
plex eſt diuina perſona. Patꝫ q:
eēntia ē plures res ꝛ non pſona
quare ꝛc. Scđo patet ꝙ eſſe ſim
plex illo modo non dicit pfectio
nē ſimpliciter. patet q̄a nō cōue
nit eēntie diuine. Secūda eſt ꝙ
ſolus deus ſecūdo modo eſt ſim
pliciter ſimplex: patet q: ipſe ex
cludit omnē pluritatem eēntia=
lem ſed nulla creatura ſimplicit'
excludit omnem pluritatē rea=
lem vel eſſentialem: q̄a ſi aliqua
excludat ſic pluritatem ꝙ non ē
plures res vel eēntie vt angel⁹ ꝛ
vel anima: tamē nulla ſic exclu=
dit pluralitatē quin ipſa ſit plu
res res vel in ipſa ſint aut eē poſ
ſint plures res per modum ihe=
rentie. Tertia propoſitio eſt ꝙ
non ſolus deus eſt tertio modo
ſimpliciter ſimplex. Patet quia
licet deus ſit ſimpl'r ſimplex ꝙ
ex nullis rebus ꝯponit': tn̄ etiaꝫ
aliqua creatura iſto modo ē ſim
pl'r ſimplex. Probat'. q: aut aīa
vel angelus eſt iſto modo ſim=
pl'r ſimplex vel non ſi ſic habet'
ppoſitū: ſi non tunc quero. aut
talis res eſt compoſita ex mate
ria ꝛ forma aut non: ſi non tunc
apparet quō ſit compoſita. ſi ſic
quero de ſua forma aut eſt ſim=
plicit' ſimplex aut nō ſi non tunc
erit proceſſ⁹ in infinituꝫ in com=
poſitione vel dabitur aliquid in
cōpoſitum et habetur ppoſitū.
Uerū eſt ꝙ iſta ratio pbat' ꝙ eſt

dare aliqd simplr simplex p negationē cōpositiōis ex ptib⁹ alternis. et alteri⁹ rōnis: sicut materia et forma: potētia et actus: sz dicenti q aliqua res creata cōponit ex ptibus eiusdē rōnis vl extensis sicut calor et lux. vel nō extensis sicut aia vel angel⁹: vt aliqui dixerūt cōtra hoc non demōstrat rō. q: certū est q oē cōtinuū est diuisibile in cōponibilia in infinitū. tamē sic dicere de anima vel angelo videtur gratis dictum: cuius oppositū non sit per se notuz. ¶ Quarta ppō est q solus deus est quarto modo simpliciter simplex. Probat et prio q de⁹ sit illo modo simplex et nullo modo alteri cōponibilis satis patet. et supponit eē verum: sed quod nichil aliud ab ipso sit illo mō simplex imo q ois creatura sit alteri cōponibil. pbat qa ois creatura ē sba vel accidens. de accidentib⁹ autem satis patet: sz de substātijs idem probatur: quia si aliq substantia eēt incomponibilis alteri rei maxie hoc videret de angelo: sed hec est falsum: qa nulla repugnantia esset q angelus componeretur alicui rei: ita q ex eo et illa fieret vnum sicut ex intellectu humano i corpore fit vnum &c. Aliqui autem hoc volunt probare. s. q omnis creatura: substantia est alteri rei componibilis per hoc q ipsa potest subsistare accidentibus: vnde arguunt q angelus est componibilis: quia recipit suas affectiones: et ad hoc videtur esse intentio Aug. vi. de trini. c. vi. vbi dt. Nichil simplex mutabile ē: ois creatura mutabilis ē: ergo nulla creatura vere simplex ē. Sed ista ratio nō valet: q: ex substātia et accidētib⁹ nō cōponit vnū nec ex angelo et suis affectiōib⁹. ideo ex hoc q substantia subsistit accidentib⁹ nō cōcludit cōponibilitas ei⁹: ideo dico q Augustinus non arguit ibide simplicitate excludente cōponibilitatē: q: sic argumentū non probaret: sed intendit loqui de simplicitate secundo modo scilicet excludente ab aliqua re pluralitatem essentialem. Quod patz ex hoc q ibidem et eodem capitulo subdit q ideo aīa non est simplex: quia in anima aliud ē cupiditas aliud timor. aliud leticia. aliud tristicia: quare &c.

B ¶ Ex dictis patet q absoluta simplicitas excludens omnem componibilitatem est denominatio perfectionis simpliciter. Secundo patet q simplicitas secundū quid sicut simplicitas excludens precise componibilitatem partium diuersarum rationum non est denominatio pfectionis simpliciter. patet. aliqua res cui denomiatio hec cōuenit est minus perfecta aliqua alia: cui talis denominatio non competit. patet de materia et composito. Sic igitur ex dictis patet qualiter solus deus est simpliciter simplex: et qualiter non. quare &c.

C ¶ Tunc ad formam rationis patet. quia ipsa concepit primam propositionē tamen dico q vbi est pluralitas ibi potest esse et de facto est sūma simplicitas scz excludēs cōponibilitatem: de qua communiter loquuntur doctores: nec illo modo aliquid est simplici⁹

entia in eo nō est pluralitas. Ad cōfirmationē dico q̄ trinitas psonarum nō repugnat simplicitati dei: sed q̄ternitas seu q̄libz maior pluralitas ei repugnat: q̄a trinitas est possibilis. sed maior pluralitas non ē ibi possibilis. Cōcedo tamē istā cōditionalez q̄ si essent infinite psone starent cū sūma simplicitate ⁊ etiā istā q̄ si essent infinite nō starēt cuz summa simplicitate: q: vtriusq̄ añs ē impossibile: ⁊ per q̄ñs q̄ña bona: ⁊ sic patet ad primā rōnē

Ad scdaz ¶ Ad secundaz gratia materie premitto istā distinctionē q̄ iste termin⁹ deus sicut supra tactū fuit dupliciter sumitur qñq̄ essentialiter qñq̄ vero suppositaliter seu personaliter. primo modo supponit immediate p essentia diuina et sic est synonimus cum illo termino eēntia diuina seu diuinitas. Secūdo mō supponit immediate p persona diuina ⁊ sic est synonimus cū isto termino persona diuina. quid aūt sit imediate supponere pro aliq̄ ⁊c. postea patebit in secundo articulo. ¶ Tunc iuxta istaz distinctionē pono aliās ppōes Prima q̄ nō est simpl'r ocedendum tres esse deos sz tm̄ vnū eē deū. pz q: illud nō est simpl'r cōcedēdū qḋ simpl'r negat in symbolo sz illud simpl'r ē ocedendū qḋ sibi simpl'r ocedit. In simbolo aūt simpl'r d̄r: ita deus pater: de⁹ filius de⁹ spūssctūs. ⁊ tamen nō tres dij sed vn⁹ est deus: igit ⁊c. ¶ Scda ppō quā solū pbabil'r et non assertiue pono est q̄ capiēdo istū terim̄ de⁹ scdo mō supposital'r sicut iste sunt cōcedēde nō tm̄ est vna psona diuia vel tres sūt psone diuine quarū qualz ē de⁹ sic iste sūt ocedende nō tm̄ ē vn⁹ de⁹ vel plures sunt dij patet q: tales equalēt penitus fz illā acceptionē: vt apparet p quid nois. Tamē sicut iā dixi tales nō sūt ocedēde simpl'r i. sine addito sed fm q̄d. i. cū addito addendo. s. q̄ ille terminus de⁹ ibi capit psonaliter nō eēntialiter. talis aūt locutio licz sit v̄a ⁊ ppria apud doctos. nō tm̄ est cōsueta ⁊ pp̄ter simplices ē ideo abstinēdū ab ea ⁊c. Intelligendū est etiā hoc fz vnā descriptionē hui⁹ termini deus scz describendo deū qḋ est ens q̄ nullum est meli⁹ vel perfecti⁹. Sic em̄ tres psone sūt tria entia q̄z quolibet nichil est melius sed describendo eū q̄ est ens omni alio melius vel perfectius non sic pōt dici sicut patet intuenti. sic nullo modo posset hēre v̄itatem q̄ tres persone diuine sunt tres dij ⁊c. ¶ Tertia ppositio sequens ex predictis est q̄ isti termini deus et deitas non sunt oīno synonimi sz solū sunt synonimi qñ iste termi n⁹ deus capit eēntialiter ⁊ non suppositaliter vt patet quia aliter sequitur q̄ semp loco vni⁹ posset v̄e alt⁹ dici quod est fl'm. q: sic sicut vere d̄r deus generat deū: ita v̄e dici posset deitas generat deitatē Et q̄ña patet q: loco semp vni⁹ synonimi pōt vere reliquū dici Quarta ppositio etiā seq̄ns ex predictis est q̄ in symbolo iste termin⁹ de⁹ nō vbiq̄ capitur synonime vel eodē modo. Ptz. q̄a aliter sumitur cū d̄r q̄ est tantū vnus deus et non plures dij. et aliter cum dicit q̄ de⁹ generat

deū seu ꝙ xp̄s est filius dei. Et ex predictis si vera sint q̄d vide tur c̄p̄uis nō asserā multa argu mēta in materia de trinitate fa cilit̄ soluunt̄ q̄ alit̄ dicēdo nō vi dentur faciliter posse solui sicut post patebit in sc̄do articulo.

A ¶ Tūc ad formā rōnis patet ad quē sensū ɔ̄ns posset ɔcedi. tunc dico ꝙ simpl'r loq̄ndo illa ɔ̄ña nō valet tria sūt talia quoꝝ q̄d:libet est de⁹ ergo sūt tres dij. Et tota ratio est ꝙ iste termin⁹ de⁹ nō ɔceditur simplicit̄ in plurali de tribus p̄sonis tñ bñ sequit̄ ꝙ tria sunt talia quoꝝ q̄dl; ē de⁹. Si vero arguit̄ sic sunt tria ta:lia quibus maiora cogitari non possunt ergo tres dij ɔ̄ña tz q: a diffinitione ad diffinitum valet ɔ̄ña in singulari ꝛ per ɔ̄ns i plu rali. ¶ Ad hoc pōt dici negādo añs quia non sunt tria magna sed vnus magnus et vna magni tudo sicut nō tres eterni ꝛc. Sz adhuc concesso añte ɔ̄ña non est formalis nec opz ꝙ valeat i plu rali sicut in singulari. Instātia pōt dari. bene sequitur. hoc est animal nō videns ꝛ aptū natū videre. ergo est cecū. Et nō seq̄t̄ ista sūt aīalia nō vidētia ꝛ apta nata videre: g̃ sūt ceca. demon:stratis eñ duob⁹ quorū vnū est cecū ꝛ aliud nō. añs ē veꝝ ꝛ ɔ̄ns fl'm. ¶ Ad ɔfirmationē dico p:i

B mo ꝙ oppositio ɔ̄dictoria nō ē nisi terminoꝝ aut ꝓpōnū ꝛ non reꝝ. Ideo in trinitate non ē vlla oppositio ɔtradictoria. Dico se cundo ꝙ aliqua contradictoria bene vere p:edicātur de termis supponentibus pro rebus in di uinis sicut bene arguit̄. Dico tertio ꝙ cum hoc stat sūma vni:tas essentialis triū personarum vñ sequit̄ quarto ꝙ talis oppo:sitio nō arguit sūmā distinctio:nē sz bñ aliqualē nec excludit sū maꝫ vnitatē ꝛ qñ d: ꝙ minor op positio distinctionem ɔcludit q̄ excludit vnitatē. s. oppositio co traria hoc verū ē i creaturis ꝛc.

¶ Ad tertiā rōnem sunt diuersi modi dicēdi. Aliq̄ eñ dixerūt ꝙ p̄sone diuine nullo mō distiguū tur differenter sed tamē infinite distinguūtur incompossibiliter primum aūt clare est verū quia inter illa non est differētia q̄ sūt idem vt supponitur ex quid no:minis sed p̄sone diuine sunt idē igr̄ ꝛc. Secundum vero si sit ve rum pari ratione erit verum de quibuscunq; duabus reb⁹ quia sic impossibile ē ꝙ vna persona diuina sit alia tam incōpossibi:le ē ꝙ q̄cūq; alia res sit alia. Et sic per hoc non euacuatur diffi:cultas. Aliqui vero dixerunt ꝙ persone diuine nec finite nec ifi:nite distinguuntur: sed hoc non est bene intelligibile ꝙ distin:guantur et non finite nec infini:te. Quia si distinguuntur opor:tet ꝙ finite vel nō finite. cum isti termini sint contradictorij et si non finite ergo infinite. ꝛ sic ma net argumentum. Similiter si nec finite nec infinite ergo disti:ctio personarū nec est finita nec infinita distinctio autem illa est aliquid in diuinis ergo aliquid est in diuinis nec finitū nec infi:nitum ꝛc. ¶ Ideo aliter dico et pono aliquas propōnes. Pria est ꝙ sicut distinctio vnius per sone ab alia est ipsa persona di:stincta. sic talis distinctio est in:finita. prima pars patet q: iste

C Ad tertiā 1. opinio.

2. opinio

D Opinio doctoꝝ.

terminus distinctio patris a filio supponit pro aliquo quia si pro nullo supponeret tunc nulla esset distinctio inter personas: sed non potest dici quod supponat pro aliquo quod non est deus quia distinctio personarum non est aliqua res creata ergo supponit pro deo. et non potest convenienti⁹ dici quod supponit pro patre. igitur etc. Si vero queratur utrum supponat pro essentia vel pro filio dico quod sic scilicet quod supponit pro essentia sed non immediate. pro filio vero non supponit plusquam iste terminus pater et proportionabiliter dico de isto termino distincto filii etc. Secunda pars sequitur ex prima quia omnis distinctio in divinis est persona infinita. quare etc.

E ¶ Secunda propositio est quod distinctio uni⁹ persone divine ab alia est maior distinctione alicuius creature a creatura. sequitur ex prima quia distinctio creature a creatura est finita. igitur etc. Tertia est quod persone divine distinguuntur infinite. patet quia distinguuntur sic quod una non est alia et tamen quelibet res est infinita. Et ad istum sensum concedo quod distinguuntur infinite. i. sunt res distincte que sunt infinite vel quarum quelibet est infinita et iste sens⁹ videtur satis conveniens. Quarta quod non obstante predicta propositione tamen aliquo modo potest vere concedi quod de⁹ et creatura vel una creatura ab alia plus distinguitur quam persone divine. patet quia ad istum sensum quod pluribus modis distinctionis. i. aliqualiter distinguuntur scilicet essentialiter qualiter non distinguuntur persone etc.

F ¶ Tunc ad formam rationis dico quod illa consequentia non valet distinctio unius persone ab alia est infinita vel distinguuntur infinite ad sensum predictum ergo nulle alie res magis distinguuntur etc. quia distinctionem vocando rem distinctam distinctio potest esse maior et tamen res min⁹ distinguitur. Sicut si similitudo sit res similis similitudo potest esse maior et tamen res min⁹ est similis. sicut similitudo dei ad creaturam est maior quam creature ad creaturam. quia prima est de⁹ secunda est creatura. de⁹ tamen est min⁹ similis creature quam creatura creature etc. Ad confirmationem dico quod si essent duo dii illi non magis distinguerentur etc. similiter magis distinguerentur etc. quia ad impossibile sequitur quodlibet. Verumtamen si quis consequenter loquendo concederet duos deos habere diceret quod magis distinguuntur. i. aliqualiter qualiter non persone. etc.

G ¶ Ad quartum dico quod ista oratio infinitivi modi esse patrem capiatur significative et proprie tunc ista oratio est incongrua esse patrem est alicui⁹ perfectionis. Est enim incongrua quia talis oratio significative sumpta et proprie scilicet capiendo verbum infinitivi modi verbaliter non potest reddere suppositum verbo: nec est subiectum propositionis: si autem caperetur materialiter patet quod non esset ad propositum. Secundo dico quod si illa oratio infinitivi modi capiatur significative et improprie scilicet capiendo illum infinitivum nominaliter ut ista oratio esse patrem tantum valet quantum ista essentia patris tunc illa est propositio congrua et vera esse patrem est alicui⁹ perfectionis. Et sic concedendum est quod esse patrem est esse filium. i. essentia patris est essentia filii etc. Ideo dico tertio quod licet pater non sit fili⁹ nec econtra

Ad quartum

tamen nulla pfectio cōuenit vni que nō ɔueniat alteri q: eadem essentia vtriusq3. est pfectio vtriusq3. ⁊ eadē pfectione vterq3 est sūme pfect⁹ ⁊ sic p3 ad formā. Quarto dico ad ɔfirmationē q q̄libet psona est equaliter sufficienter pfecta ad agēdū oīa que oēs possunt agere. p3 q: eadem pfectione. sed nego ɔñam ergo plures q̄ vna supfluunt ⁊ ad argumentū magistri dico q non pbat efficaciter. tñ gr̄a materie valet de dijs ⁊ non de psonis q: ille sunt idem. vnde si vna psona nō esset idē essētialiter cū alijs alie supfluerent sicut magister arguit de dijs. Hec de primo articulo.

A Scd̄s articulus.

¶ Quantum ad scd̄m articulū in quo videndū vtrū positio de trinitate possit sustineri sine contradictione. Primo pmittā tria notabilia que faciūt ad ppositū. Scd̄o ponā tres ɔclusiones ad arti. Tertio arguā in oppositū. Primo ḡ notandū est q ɔtradictio est manifestissima repugnantia. i. affirmatio vni⁹ et negatio eiusdē. Et ista ē duplex q̄dā ē terminoꝝ sicut ē termini finiti ad terminū infinitū vt hō nō homo. Alia ē ppositionū sicut ē ppositiōis vniuersalis et particularis eorūdē terminoꝝ ⁊ diuersaꝝ qualitatū ⁊ duaꝝ singulariū eorūdē terminoꝝ et diuersaꝝ qualitatū ⁊c. Et ista pōt poni triplex q: vel vocalis tm̄ vel mētalis tm̄: vel vocalis ⁊ mentalis simul. De prima vere nō est curandū sed relique sunt ad ppositū. Unde de ipsis pōt dari ista regula. q contradictio solū mentalis est ita euidenter īpossibile sicut vocalis et realis

B ¶ Scd̄o notādū q ad hoc q aliqua ppositio sit sufficiēt vniuersalis op3 q: subiectū sit sufficiēt distributū p hoc totū oīs res q̄ ē ⁊ q̄cq̄d est. seu equalens nec sit sufficiēt vniuersalis per hoc signū oīs. Similit ad hoc q aliqua ppositio sit sufficiēt singularis op3 q subiectū sit terminus vere singularis. proprie aūt loquēdo ille termin⁹ nō est vere singularis qui pōt vere affirmari de terminis supponentibus p rebus realiter distinctis. ⁊c.

C ¶ Tertio notandū est q suppositio alicui⁹ termini in diuīs est duplex quedā est suppositio mediata: alia immediata vñ ille termin⁹ supponit mediate p patre in diuinis qui supponit pro patre. ⁊ tñ nō ɔuertit cū isto termino pater. ɔuersione regulata p hoc signū omīs res q̄ est. ⁊ sic iste termin⁹ pater supponit pro essentia nō imediate. Et similit iste termin⁹ essentia p patre. q: licet pater sit essentia ⁊ econtra nō tñ sequit quecūq3 res que ē pr̄ est essētia. ergo quecunq3 res q̄ est essētia est pr̄. vt p3. ideo ⁊c. Sed ille termin⁹ supponit imediate p patre in diuīs / siue pro re que pducit ⁊ nō pducit qui ɔuertit ɔuersione regulata per hoc signū oīs res que est. null⁹ aūt alius termin⁹ supponit imediate p patre. Et sic dicendum est de filio suo modo ⁊ de spiritusancto. ⁊ de essentia ⁊c.

D ¶ Ex istis īfero aliquas regulas bene notandas. Prima est nullus termin⁹ psonalis supponit imediate p essentia in diuinis sicut sunt isti termini pater fili⁹ ⁊ spiritussāct⁹. Et p3 clare. ¶ Scd̄a

2.regula nullus termin⁹ essentialis sup-
ponit imediate p psona i diuis
3.regula. sicut ista deitas essentia. Tertia
omis termin⁹ essentialis supponit
mediate vel imediate p qlibz re
in diuinis. pz qz iste termin⁹ essen
tia vel deitas supponit p essentia
imediate z p qualibz psona me
diate zc. Quarta null⁹ termin⁹ p-
4.regula. sonalis supponit p qlibet re in
diuis pz qm iste terminus pat
nō supponit p filio nec ecōtra.
nec spūssanct⁹ p pre. nec ecōtra
zc. tn iste termin⁹ pr bn suppōit
mediate p re q est fili⁹. s. p essen
5.regula tia. Quita licz qlibet termin⁹ p
sonalis noncollectiu⁹ imediate
supponat pro psona z imediate
p essentia tn null⁹ talis suppo-
nit p plurib⁹ reb⁹ in diuinis co
pulatiue: nec etiaz disiunctiue.
pz qm ista copulatiua est falsa
pater est pr z pr est fili⁹ zc. Silr
ista de copulato extremo est fal
sa pater est pr z fili⁹. z sic ly pat
nō supponit collectiue p pluri-
bus reb⁹. nec piūctim nec diui-
6.regula. sim zc. Sexta est q licz iste termi-
nus trinitas supponat imedia-
te p oib⁹ psonis diuis collecti-
ue. tn p nulla earuz p se sumpta
supponit. mediate nec imediate
Prima pars patet qm hec ē ve-
ra qcunqz res q ē trinitas est pr
et fili⁹ et spūssanctus. z econtra
qcunqz res q est pr et fili⁹ z spūs
sanct⁹ est trinitas igit. Scda pz
qm nec trinitas est pr nec econ-
tra. Ex qua sequit septima q ē
7.regula. aliquis termin⁹ qui supponit p
aliqua re in diuinis lz mediate
tn p nulla psona supponit me-
diate vel imediate. Prima pars
patz qz hec est vera trinitas est
essentia ergo supponit p essen-
tia pz p diffinitionē suppositio
nis. Secūda pars patz qm hec
non est vera trinitas est perso-
na nec econtra. igit zc. Octaua 8.regula.
est q nulla res in diuis est due
res quin illa sit tres res. Et illō
magis postea declarabitur Si
autē dicatur pductio actiua est
due res scz pater z fili⁹ z tamen
nō est tres res. igit zc. Similiter
pductio passiua est due res scz
fili⁹ z spūssanct⁹ z tamē non est
tres res et sic est de spiratione
actiua. Ad hoc dicit q anteq ar-
gumentū valeat requirit nō so-
lū q spiratio actiua sit due res
sz etiā q spiratio actiua sit vna
res. modo ego dico q spiratio
actiua nō est aliqua res qn illa
sit tres res qmuis spiratio acti-
ua nō sit tres res est tn res que
est tres res sed de hac materia
alias videbitur zc. ¶ Ex pdictis E
etiā patent alique distinctiones
Prima est q aliqui termini dicū
tur de deo tantum in singulari
numero: et aliqui in singulari z
plurali. exemplū pz primi sicut
sunt isti termini natura essentia/
vita intelligentia veritas zc. et
generaliter termini essentiales
essentialiter capti. exemplū scdi
sicut sunt isti. res. psona. et aliq
etiā adiectiui. sicut sunt isti coe-
terni. equales. plures. duo. tres
sed nulle dicūtur in plurali qui
dicantur etiā in singulari z hoc
si habeant singulare. sicut sunt
isti termini duo tres zc. ¶ Se- F
cunda distinctio sequens est ter
minoz essentialiū quidam sunt
qui modificationē certā nō ad-
mittūt sicut sūt isti natura essen
tia deitas et plures alij qm sm
supradicta nō possum⁹ vere di-

cere in diuinis q̄ natura genita est aliq̄d nec q̄ essētia genita est aliq̄d q: scd̄m determinationē nulla est eēntia diuina genita. Aliq̄ autē sūt essētiales q̄ hmōi modificationē bn̄ admittūt sed tūc per illā modificationē efficiuntur p̄sonales sicut sunt isti sapientia amor ⁊c. Un̄ bene dicimus q̄ sapiētia genita est aliquid in diuinis. s. filius ⁊c. Et hoc de noibus
A p̄mittēdum est. ¶ His premissis
Pr̄ia cōclusio. pono tres cōclusiones ad istum articulū responsales. Prima est q̄ licet positio de trinitate concedat terminos cōtradictorios de terminis supponibilib⁹ p̄ eodez ipsa tamē nō ɔcedit ꝓpositiōes ɔtradictorias: nec vllā que iplicat ɔtradictionem. Prima pars ptz q̄a ipsa ɔcedit q̄ essentia non generat. ⁊ q̄ pater generat et sic ɔcedit istos terminos generare et nō generare qui sunt vere contradictorij de istis terminis essētia diuina ⁊ pater in diuinis qui tn̄ supponūt p̄ eodē licz vn⁹ mediate ⁊ ali⁹ imediate ⁊c. Secunda pars patz q̄a ois positio ɔcedēs ꝓpositiōes ɔtradictorias vl' implicātes ɔ̄dictiōez est impossibilis vt notū est: sed positio de trinitate est possibilis imo vera
B igit̄ ⁊c. ¶ Secunda cōclusio ē q̄
2. ɔclu. licet positio de trinitate possit sine contradictione apparēter sustineri tn̄ q̄ ipsa nō cōcedat ꝓpositiones realiter seu mentaliter cōtradictorias siue q̄ nō implicet ɔ̄dictionē cōtra ꝓteruū non potest euidēter probari. Prima pars ꝓbatur q̄a absurduz esset dicere q̄ fides catholica cōcederet aliquaz positionem que non posset sine contradictione apparent̄ sustineri. hoc eni eēt dicere q̄ fides negat p̄mū p̄ncipiū sicut blasphemauerūt q̄dā dicētes primū p̄ncipiū nō tenere in diuinis Quicūq̄ aūt hoc dixerit anathema sit. Scd̄a pars ꝓbat̄ ⁊ p̄mo ostēdo q̄ nō posset euidenter ꝓbari ista negatia: positio de trinitate non implicat cōtradictione quia si detur oppositū sequitur q̄ possit euident̄ ꝓbari q̄ illa positio sit possibilis ɔ̄ña tenet q: sicut oē q̄d implicat ɔ̄dictionē est īpossibile et ecōtra sic omne q̄d nō implicat ɔtradictionē est possibile ⁊ ecōtra sed falsitas consequētis satis ptz. Scd̄o ostēdo q̄ nō possit euidēter probari ɔtra ꝓteruū ista negatiua positio de trinitate nō ɔcedit ꝓpositiones mētaliter ɔtradictorias. Aliq̄ eni dicūt q̄ sic et supponūt q̄ positio trinitatis ē ponere vnā rē esse tres res ⁊ quālibet illarū. s. essētiā diuinā eē patrem. ⁊ esse filium ⁊ esse spiritum sanctū: et etiā sigillatim esse patrē / et eē filiū. ⁊ esse sp̄m sctm̄. Ex quo inferūt quod pōt concludi euidenter etiā cōtra ꝓteruū vel hereticū q̄ illa positio nō est cōtradictio manifesta neq̄ tantuz mentalis neq̄ vocalis et realis q̄m ista positio nō ponit nisi puras affirmatiuas ⁊ ex puris affirmatiuis posset sequi ⁊c. ¶ Sz C
istud non sufficit quia isti arguunt ac si positio de trinitate non poneret aliud nisi vnam rez esse tres res: et quālibet illarum: et ac si nō poneret nisi puras affirmatiuas modo hoc est falsum. ponit eni aliud ⁊ cōcedit ꝓpōes negatiuas. s. q̄ pr̄ nō est filius: q̄ essentia diuia nō gn̄at et tamen

res q̄ est eēntia generat ꝙ diuinitas nō generat ꝛ tñ de⁹ generat. Modo diceret ꝓteru⁹ heretic⁹ ꝙ licet tales ꝓpōes nō contradicāt vocaliter tñ contradicunt realiter ꝛ mentaliter sicut nullū aial currit ꝛ aliqd qd̄ est aial currit. vel iste marc⁹ nō currit et tulli⁹ currit. posito ꝙ sint noia synonima ꝛc. nec oppositu⁹ hui⁹ posset euidēter ꝓbari contra ꝓteruū q̄cuis oppiñ huius posset defendi ꝯtra ipm ꝛc. Dico tñ ꝙ pōt euidēter ꝓbari cōtra ꝓteruū ista negatiua positio de trinitate nō ꝯcedit ꝓpōes vocaliter ꝛ mētaliter ꝯtradictorias ptꝫ q: talis positio nō ponit aliquas duas vnam ꝑfecte vniuersalem et aliam ꝑticularē eorundē terminoꝝ ꝛ diuersarū qualitatū. vel duas etiam perfecte singulares eorundē terminorum ꝛ diuersarū qualitatum vt patet inductiue ꝛ magis declarabitur ꝛc. Tertia conclusio

D 3. conclo est ꝙ licet positio ponēs ꝙ nulla creatura est vel esse pōt que sit tres res: quelibet illarum sit vera: ꝛ rationabilis tñ ipsa non est nobis evidens: vel euidēter demonstrabilis. ¶ Prima pars ꝓbat quia si esset aliqua creatura que eēt tres res ꝛ q̄libꝫ earum: vel si deus absolute potest facere talem creaturā eadē ratione posset facere ꝙ vna creatura eēt omnes que iam sūt ꝛ q̄libꝫ illaꝝ. ꝯsequētia tenet. q: nō videtur maior ratio de vno q̄ d̄ alio sed ꝯñs ē irrationabile quoniā tūc idē eēt ꝑfectū et impfectū: diuisibile et indiuisibile et quātū ꝛ diuersaꝝ specieꝝ. s. hō hō asin⁹ ꝛc. imo hūanitas ꝛ asinitas ꝛc. qd̄ videt absurdū quāre ꝛc. ¶ Scda pars ꝓbat q: ponēdo talē creaturā eē vel eē posse nulla manifesta ꝯtradictio potest inferri in lumie naturali q̄a sicut sustineri pōt i diuinis absꝗ ꝯtradictiōe ꝙ vna res sit tres res ꝛ q̄libꝫ earū eadē rōe ꝛ eodē modo in creaturis posset defendi ꝛ ꝑ ꝯñs nō scim⁹ euidenter vtrū talis creatura sit possibilis vel non q̄re ꝯclusio vera. Cōfirmat quia de facto aliqui āntiqui philosophi posuerūt ꝙ gen⁹ est realiter omnes sue spēs: et species quodlibet suū indiuiduū et per cōsequēs habebāt concedere ꝙ aliqua res que nō erat de⁹ esset plures res et quelibꝫ illarū. nā licet ista opinio sit falsa tñ non posset euidēter improbari sicut nec positio de trinitate in diuis q̄re ꝛc. Ex ṗdicta cōclusione sequūtur aliqua. ¶ Primo sequitur. ꝙ licet aliquam creaturam que sit tres res et q̄libet earum posse fieri ꝑ absolutā potētiam dei possit sine ꝯtradictione sustineri. tñ hoc debꝫ a catholicis negari. ¶ Prima pars patet ex dictis. secunda pars q̄cuis negat ab aliquib⁹ tamē probatur sic. Unde pro isto pono duas regulas. ¶ Prima est ꝙ aliquā positionem posse sine contradictiōe sustineri nō est sufficiēs ratio ꝙ talis positio nō debeat negari. patet q: multe sūt veritates rationabiles quarū opposite falsitates possūt sine cōtraditione sustineri: sicut patet in phia naturali ꝛc. ¶ Secūda est. oīs positio debꝫ a catholicis: ꝛ ab omnibus negari cuius oppositum circumscripta fide apparet eui

E

F

G

dẽs in lumĩe naturali ꝛ hoc nisi ad ꝯcedẽdũ ipam cogat auctoꝛitas fidei vt pꝫ clare ꝛc. Ex hoc arguit̃ sic. circũscripta fide appet euidẽs ĩ lumĩe naturali: ꝙ nulla res põt esse tres res ꝛ q̃libꝫ earũ et nulla auctoꝛitas scripture vl̃ fidei cogit ad cõcedẽdum oppositum in creaturis imo magis videtur consonum fidei dicere ꝙ hoc infinite perfectionis est ꝛ ꝙ solum conuenit deo ratione sue
A immẽsitatis. igit̃ ꝛc. ¶ Scd̃o sequitur specialiter ex secunda regula ꝙ cõcedentes aliquod vnũ esse plura indiuidua vnius generis vel speciei non sunt digni vocari philosophi. patet. quia illi non sunt digni vocari phi qui cõcedant aliq̃d ita difficile ad sustinendum sicut et positio de trinitate absq; hoc ꝙ ad hoc cogantur fidei auctoꝛitate. Istud patꝫ quia ꝓprietas philosophi ꝙ est innitat̃ lumini naturali nisi vbi appositum docet lumẽ fidei. Sꝫ sic est ꝙ aliquod genus vel speciem aliquã esse realiter plura ĩdiuidua et quodlibꝫ illoꝛum est ita difficile ad sustinendũ; sicut essentiam diuinam esse tres personas: et quamlibet illarum immo videatur aliquo modo difficilius q: fides nõ ponit ꝑsõas distingui essẽtialiter ꝛ tamẽ duo ĩdiuidua eiusdẽ speciei distinguũtur essentialiter. ꝛ tamen ad hoc nõ cogit auctoꝛitas fidei, immo foꝛte magis ad oppositũ vt posset declarari: sed nõ curo igitur
B
arguit̃. i. coꝛrelarium verũ ꝛc. ¶ Sed contra ꝯdicta arguit̃ ꝛ ꝓbat̃ ꝙ positio de trinitate implicat ꝛ concedit ꝯdictionem. p quo tria supponuntur. ¶ Pꝛimũ est ꝙ nũ cessũ in isto articulo. s. ꝙ ꝯdictio tm̃ mẽtalis est tãta et tã euidens repugnãtia ꝛ ipossibilitas sicut mẽtalis ꝛ vocalis simul. ¶ Secũdũ, est ꝙ eẽntia diuia nõ e. t̃mĩnus idẽ pr̃i q̃ꝫ si nõ eẽt aliq̃ res nisi pat̃. ¶ Tertiũ est ꝙ si nõ esset nisi suppositũ pr̃is. in diuis eẽt ꝯdictio mẽtalis ꝙ eẽntia diuina affirmaret̃ de aliq̃ de q̃ non affirmaretur pater ꝛ simil̃r ecõtra. ꝛ etiã esset ꝯdictio mentalis ꝙ essentia diuina vere negaret̃ de aliquo de quo affirmat̃ pat̃ ꝛ econtra. Istis suppositis arguo sic: si non eẽt nisi vnũ suppositũ patris in diuinis ꝯtradictio mẽtalis eẽt ꝙ essẽtia diuina eẽt aliqua res et pater non eẽt illa res vel ecõtra per tertiã suppositionem. Sed nũc sic est ꝙ eẽntia diuina nõ min⁹ est pater, aut idem patri q̃ꝫ si nõ esset nisi pater per scd̃am. ergo non min⁹ est ꝯtradictio mẽtalis ꝙ aliquid affirmet̃ de essẽtia: et nõ de patre: aut negetur vel ecõtra nũc q̃ꝫ tũc ergo cum tunc esset ꝯdictio mẽtalis ꝛ nunc erit. sed illa non minus est euidenter impossibilis q̃ꝫ vocalis: et mentalis simul ꝑ pꝛimam suppositionẽ. ergo formalis contradictio est ꝙ essentia nõ generat et pater generet̃. ¶ Secundo confirmatur sic ꝓpter identitatem inter marcũ ꝛ tullium cõtradictio est marcum currere: et tullium non currere: sꝫ nõ est minoꝛ identitas inter essentiam diuinam ꝛ patrẽ q̃ꝫ inter marcũ ꝛ tullium ergo non minus ꝯtradicũt essẽtia ꝛc. ¶ Secundo arguitur ꝙ illa positio non solũ cõcedat ꝯdictionem mentalẽ: sꝫ etiaꝫ mentalem ꝛ vocalẽ. quia cõcedit ij. argu.

versalem. et particularem eorundem terminorum et diversarum qualitatum etc. consequentia patet antecedens probatur. quia concedit istas duas omnis deus generat aliquis deus non generat. de prima patet: quia concedit quod deus generat et quod non est nisi unus deus. ergo omnis deus generat. de secunda patet. quia concedit quod filius non generat. et ille est deus igitur etc. Secundo confirmatur quod illa positio concedit duas singulares eorundem terminorum et diversarum qualitatum. igitur etc consequentia patet antecedens probatur. quia concedit istas quod deus generat: et deus non generat ut patet ex predicta ratione quod cum non sit nisi unus deus habet concedere quod idem deus generat: et idem deus non generat sive quod hic deus generat: et hic deus non generat. igitur etc. ¶ Tertio principaliter arguitur pro quo supponitur quod aliquid implicat contradictionem licet non explicet illam mentaliter patet. quoniam alias frustra laboraremus ostendere aliquid implicare aut ducere ad contradictionem. Nam quocunque dato aut illud est contradictio mentalis et vocalis manifesta et sic non oportet illud reducere ad contradictionem: quia iam est reductum: vel est solum mentalis contradictio et dictum est prius quod illa evidenter est contradictio et repugnantia sicut vocalis et mentalis simul. et sic non oportet etiam illud reducere nisi forte per diffinitionem quid nominis. vel non est manifesta: sed est reducibile ad contradictionem: et sic illud implicat nec explicat etc. Tunc arguitur sic. aliquid solum implicat contradictionem et tamen non explicat et tamen illud non potest sustineri sine contradictione sicut est illud diameter est simeter: id est diameter est commensurabilis coste. sed non magis potest sustineri probabiliter positio trinitatis quam illud quod tamen non potest sustinere ut dictum est igitur nec positio illa etc. Quod non magis probabiliter etc. patet quia negat vias seu modos arguendi per quos reduceretur ad contradictionem ita apparentes sicut sunt illi per quos alia ad contradictionem reducitur. immo fere eosdem. ¶ Secundo confirmatur: quia nulla est positio: quin equaliter probabiliter sustineretur: sicut ista sine contradictione. igitur ista non probabiliter sustinetur: consequentia patet ex dictis: sed antecedens probatur quoniam si sit aliquid detur illa et ostendam quod sit etc. Unde si esset aliqua dabilis maxime videretur ista positio scilicet quod aliqua res esset necessaria et esset res contingens sed pari modo quo sustinetur positio de trinitate posset illa positio sustineri puta quod a. esset b. quod non posset non esse et esset c. quod potest non esse et istud non potest probabiliter sustineri. Igitur nec positio trinitatis.

3. arguitur

¶ Quarto arguitur sic: positio trinitatis non probabilius sustinetur quam oppositum alicuius principii per se noti sine contradictione. sed non probabiliter sustinetur etc. consequentia tenet: quia tale non probabiliter sustinetur sine contradictione. Alias enim nihil esset quin probabiliter posset sustineri sine contradictione quod est falsum et contra suppositionem quartam. Quod tamen patet: quoniam opposita principiorum per se notorum minus possunt probabiliter sustineri sine contradictione quam aliquod aliud eo quod sunt immediatius contra primum principium in quo fundatur contradictio. Sed antecedens principale patet quoniam equaliter vel facilius sustineretur quod a. est 4. argu.

equale.b.⁊.c.equale.b.⁊ tñ. a.⁊.
c.nõ sunt equalia qḋ est ɔtra illḋ
pncipiũ q̄cũq₃ vni sũt equalia ⁊c.
sicut sustineret q̄ pr̄ est illa eēn-
tia diuina ⁊ fili⁹ est illa eadē ⁊ tñ
fili⁹ nõ ē pr̄. ¶ Scḋo ɔfirmat sic
cũ defect⁹ appet maioꝛ ad hmõi
positionē sustinēdã q̄̃ causa ap
parētie sit magna igitur ⁊c. ɔña
videtur nota. añs ꝓbatur. qꝛ si
nõ detur ergo causa apparentie
que maioꝛ est parte: et improba
bitur imo fuit improbatũ. q. pri
ma huius ar. secundo. Ad illa
A per oꝛdinem. ¶ Ad primam ra-
Ad p̄mũ tionem q̄̃uis tertia suppositio
posset calumniari qꝛ est vna con
ditionalis cuius antecedens est
impossibile ex quo seq̄tur quod
libet et per consequens oppo-
situm ɔñtis. sicut illud ɔñs. tñ
qꝛ p hoc nõ euaderetur difficul-
tas ideo ad formam rationis ne
gatur ɔsequentia. et ad ꝓbatio-
nem: qꝛ nõ trinus est impossibile
nunc q̄̃ tunc. Hic dico q̄ nunc:
qꝛ eēntia diuina idētificatur cũ
alio supposito q̄̃ cũ supposito
p̄rīs: ideo nõ est nunc impossibi
le imo necessariũ q̄ diuina essen
tia affirmetur ḋ aliq̄: de quo nõ
affirmetur pater. sed tũc foret i-
possibile: s. si essētia non eēt alia
res q̄̃ pater nec ecõtra. ¶ Ad cõ
firmationē q̄ dico idētitas iter
a.⁊.b. p̄cise sũpta nõ est ratio suf
ficiens ad ꝓbandũ q̄ si de.a.af-
firmatur ve aliq̄d q̄ ꝓpter hoc
debeat illud de.b.affirmari. sed
vltra identitatē inter.a.et.b.re-
quiritur q̄ neutrũ eoꝝ identifi-
cetur cum aliquo a quo negat
B reliquũ mõ sic non est inter eēn-
Ad scḋm tiam ⁊ patrem: q̄̃uis sic sit iter
marcum ⁊ tullium. ¶ Ad scḋam
rationem notandum est vt dicit
Ockam q̄ iste termin⁹ deus q̄̃-
uis ex mõ significandi hēat sup
ponere ꝓ supposito intãtũ q̄ si
suppositũ realiꝰ differret a diui
na essentia sicut nũc suppositũ
verbi differt realiꝰ a natura sua
hũana. iste termin⁹ de⁹ ex modo
suo significãdi. non supponeret
nisi ꝓ supposito nõ ꝓ natura et
si ex vsu loquētiũ aliq̄ñ suppo-
neret ꝓ natura hoc nõ esset nisi
ratione alicui⁹ adiuncti ⁊c. Ta-
men qꝛ natura diuina ⁊ supposi
tum sunt vnũ simpliciter. Ideo
ex vsu sanctoꝝ loquentium ⁊
maxime ꝓpter hereticos ne de-
tur eis occasio errandi ⁊ decipi
endi simplices qui nesciunt vir-
tutem sermonis iste termin⁹ de-
us supponit pro natura et pro
supposito respectu omnis pre-
dicati: quod potest cõpetere na-
ture ⁊ supposito sic q̄ loco isti-
us termini licitum est ponere re
spectu talis predicati tam natu-
ram q̄̃ suppositum. Sed respe-
ctu predicati qḋ precise põt cõ-
petere nature p̄cise supponit ꝓ
natura: ⁊ respectu predicati qḋ
potest precise competere suppo
sito precise supponit pro suppo
sito. Unde siue hoc sit ex modo
significandi termini aut de vir-
tute sermonis vel solum ex vsu
et beneplacito loquentium non
est vis. tamen rationabiliter pos
sumus sic vti. tum propter here
ticos quia si ille terminus preci
se sic supponeret pro supposito
multe propositiones essent de
virtute sermonis concedende
quas heretici proponentes sim
plicibus facerent eos crede-
re pluralitatem deoꝝ et

multitudinē diuine essentie. Tum etiā ꝓpter identitatē dei et deitatis: q: cū sint simpl'r idē nō q̄cq̄d predicatur de deo et de deitate et ecōuerso. nisi cui⁹ oppositū habetur ex fide. quare nisi aliq̄d tale obstaliste termin⁹ semp̄ suppo ꝑ diuinitate et supposito. ¶ Ex istis sequunt̄ alique ꝓpositiōes Prīa est q̄ hec est simpl'r de virtute sermonis cōcedēda: de⁹ generat deū. ptz: quia hic ponitur aliquid qd̄ precise potest cōpetē supposito. ideo p̄cise supponit ꝑ supposito. et ideo sicut hec ē va. pater ḡnat filiū: ita etiā illa est vera deus generat deū. Et si dicatur ergo vel se deū / vel alium deū. mag̃r negat ꝯnam. tn̄ ꝓbat̄ ad bonū sensum. dico q̄ hec est de virtute sermonis ꝯcedenda. deus ḡnat aliū deū .s. aliū deum in ꝑsona. nō in essentia. id ē aliā ꝑsonam q̄ est de⁹. Nec istud aliquo modo est incōueniēs bene intelligētibus cū ly de⁹ ibi vtrobiq̄ capit̄ ꝑsonaliter non essentialiter. Scd̄a ꝓpositio q̄ hec ē de virtute sermonis ꝯcedenda. deus non ḡnat deum: ptz. q: filius non ḡnat deum. modo scd̄m artem et formā logice terminus non h̄z aliū et aliū modū supponendi in affirmatiua et negatiua. ideo sicut ista de⁹ ḡnat deum verificat̄ ꝑ patre. sic ista de⁹ non ḡnat deum ꝑ filio et sp̄ūsancto. Aliq̄ tn̄ negant illas ꝓpter hereticos: ne decipiant simplices inferētes q̄ si deus non generet deū q̄ ergo ibi non sit aliquis filius genitus: q: ex vsu loquentiū ꝓpter idētitatē dei cū quolibet qd̄ est in diuinis denotat̄ q̄ nichil qd̄ est realit̄ deus generet deum: et sic de istis: de nō est p̄r: de⁹ nō est fili⁹. s; p̄rim⁹ mod⁹ dicēdi magis est formalis: et tñ satis l'r sū nec est periculum illā et similes ꝯcedere. ¶ Tertia ꝓpō est q̄ hec est de v̄tute smonis negāda oīs de⁹ ḡnat deū: p z q: hic ly de⁹ nō supponit essentialiter: vt ptz ꝑ p̄dicta: et sic ēt esset falsa: supponit ergo ꝑsonalr: et sic est falsa. sicut ista oīs ꝑsona diuina ḡnat deū. Ex q̄ ptz ad rōnem: nec valet ꝓbatio de⁹ ḡnat et non est nisi vnus deus: igit̄ oīs deus ⁊c. q: in p̄ma ly deus capitur ꝑsonaliter. in scd̄a essentialiter: et sic variat̄ suppositio quare ⁊c. ¶ Quarta ꝓpō ē: et hec est de virtute sermonis negāda deus generat: et idē deus non generat. Et simil'r ista copulatiua hic de⁹ generat: et hic deus non generat eodē supposito demonstrato. ptz: q: hoc esset formalis cōtradictio: sed ꝑ diuersis suppositis ille due singulares sunt vere: sed tunc nō sunt ꝯtradictorie vt ptz. Et sic apparet ad confirmationē. Nam ad ꝓbationē negat̄ ꝯsequētia sicut prius ⁊c. ¶ Ad tertiū cōcessa suppositione et maiore rōnis potest negari minor: scz q̄ non magis p̄t ꝓbabiliter sustineri sine ꝯtradictiōe positio trinitat; q̄ꝫ q̄ diameter est simeter. Istud p̄ōt negari: et ad ꝓbationē etiā potest negari assumptū .s. ꝯñe per quas illud demonstrat̄ esse impossibile nō sunt apparētiores. imo min⁹ vel eedem illis que negātur ad sustinendum positionem trinitat; Et causa potest dici quentiā diametrū esse simetrum potest ostē di impossibile per ꝯsequentias

C

D

E

A tertiū

reguletas per dici de omni: aut
de nullo: vel reducibilis ad eas
mō nulla talis negaṫ ad sustinē
dum positionē trinitatis vt post
ostēderetur ꝛc. Ad cōfirmationē
qñ dr̄ nulla est positio q̄n equa
liter probabiliter ꝛc. negaṫ hoc
cñs ꝛ qñ dr̄ detur illa hic p̄t dici
ꝙ illa positio p quā negarētur
forme regulate p dici de oī vel
de nullo nō esset ꝓbabiliter su=
stinibilis ꝛ tamen non posset ꝓ
prie reduci ad ꝯtradictionē con
tra proteruū ꝛ logicū. qꝛ fieret
petitio principij ꝛc. Sed quādo
vltra dicitur ꝙ si eēt aliqua da
bilis maxime ꝛc. hoc negari po
test sicut patet ex immediate di
cto. vñ siue hoc possit ꝓbabiliṫ
siue sine ꝯdictione sustineri siue
nō nichil seqtur: ꝯcedēdo tamen
bene ꝙ sic dicens nō possit eui=
denter duci ad manifestam con
tradictionē nec etiā cogeretur
negare formas sillogisticas re=
gulatas p dici de omi aut p di
ci de nullo. ꝛc. ¶ Ad quartā in
A Ad q̄rtū qua tangitur ꝙ nō plus potest
ꝓbabiliter sustineri sine contra
dictione positio trinitatis: q̄ il
la positio q̄ poneret ꝙ a.ꝛ.c. nō
sunt equalia cuius tamen oppo
situm reputatur principiū p se
notū. Hic potest multipliciter re
spōderi. Uno modo posset dici:
q̄ si adversū nō plus esset aucto
ritas vel probabilitas aliunde
q̄ ad aliud argumētum ꝓcede
ret: sed non est hoc: saltem de au
ctoritate clarum est ꝛc. Alio mo
do potest negari assumptum qꝛ
etiam aliqui phi antiq̄ sicut pla
to ponēs ideas (vt recitat Ari=
stoteles. 7 methaphisice) ꝯcede
bāt eādē rem vniuersalē eē plu=
tes res singulares. q̄ positio nō
minorē habebat difficultatē q̄
nos ad saluādū trinitatē. Sur
multi posuerūt: ꝛ reputati subti
les sicut Scot⁹ canceḷ humanita
tē eē plures homines qd nō mi=
nus videṫ difficile q̄ positio de
trinitate ꝛ tñ illi nū q̄ cōcessissēt
eē possibile ꝙ duo fuissent vni ꝛ
idem equalia: ꝛ tñ non essent in=
ter se equalia Alio modo potest
dici. ꝙ vocādo illud ꝓbabiliter
sustineri sine ꝯtradictiōe ꝙ non
pōt duci ad ꝯtradictionē mani=
festā in lumine naturali p conse
quentias regulatas p dici de oī
aut de nullo tunc vtrūq potest
sustineri sine ꝯtradictione vt be
ne arguiṫ. Alio modo pōt dici
ꝙ ꝓprie loquēdo ad hoc ꝙ ali=
quid dicatur probabiliṫ sine cō
tradictione sustineri non sufficit
illud quod nō imediate dictum
est. sed illud requiritur. ꝛ vltra
hoc ꝙ possit imaginari: ꝛ ad ci⁹
apparētiam possunt alique ra=
tiones ꝓbabiles fieri vt tange=
batur in tertia cōclusione primi
articuli. hoc potest eē in positio
ne de trinitate ꝛ nō in alia. qua
re ꝛc. Ad ꝯfirmationē quādo di
citur ꝙ causa apparētie falsita=
tis in hmōi positione est maior
q̄ causa apparētie veritatis. di
co ꝙ in illo qui credit hoc nō est
verum quia credere est appare=
re verū. Sed de hac materia sa=
tis alias dictū est. ideo nō plus
dico nūc. ꝛc. Ex p̄dictis sequunṫ
aliqua. ¶ Primo sequitur ꝙ val= B
de piculosum est ipertos aliq̄d
diffinire in materia de trinitate
aut in eadem ex proprio capite
r̄ndē. patz. quoniā aut tales sci
unt differentiā inter sillogismos

bonos & paralogismos: & tūc nō essēt imperiti. aut nesciunt & sic aut idifferēt negabūt vtrūq; scz bñ regulatū: & male regulatum: aut cōcedēt vtrūq;. Si pmū hoc est maximū incōueniēs qm illa qm illa positio vt dictū est esset irrationabilissima que negaret oēm formā etiā nō petētē princi piū. Itē ex alio pz hoc eē incōue niēs qm ostēdi pōt infideli in lo gica erudito q maior est appa rētia pteruitatis negare sillogis mū bñ regulatū per dici de omi q illū opoꝛz negare ppt posi tionē trinitatis. Itē tales quā tū in eis est exponerēt nrāz fidē derisioni. Si aūt dicit scdm, scz q ↄcedāt vtrūq; valē & c. Satis patz q ipi statim cōcedāt hereticum q: in non regulato stat pmissas oēs veras & catholicas & ↄclusio nē eē hereticā vt post patebit.

A ¶ Quarta suppositio ẽ ꝙ ex aliquibus contradictorijs contingit inferre. ꝙ illa de quibus verificantur sunt distincte res seu ꝙ non sunt eadem res. patet q̃a sequitur. a. est. et. b. non est. ergo sunt distincte res vel in actu vel in potentia saltem sequitur ergo non sunt eadem res. sicut seq̃tur. substantia est et accidẽs nõ est ergo. substantia et accidens non sunt eadem res. et capio ly res sicut se extendit ad ens reale et ad ens rationis. quia omne ens rationis est vera res. patet

B ergo suppositio. ¶ Tunc ex his arguitur sic. intellectus diuinus et voluntas diuina non sunt omnibus modis idem sed inter hec non est identitas siue distinctio formalis per aduersarium. igitur de ipsis aliqua cõtradictoria verificantur. consequentiam cõcedit aduersarius et consimiliter. patet per primam suppositionẽ sed impossibile est contradictoria verificari nisi de distinctis rebus vel ratione distinctionis realis quia verificatio contradictoriorum infert distinctionem realem in aliquibus: vt patz per quartam suppositionem: ergo vbiq; et in omnibus. Ista consequentia patet ex secunda et tertia suppositionibus. et per consequens sequitur ꝙ si esse idem formaliter intellectui verificatur de intellectu et negetur de voluntate oportet ꝙ intellectus et voluntas in deo importent aliqua que non sunt idem realiter quod est falsum. quare etc. Confirmatur. quia qua ratione tu dices ꝙ aliquid idem potest vere affirmari de intellectu diuino et vere negari de voluntate diuina non obstante reali identitate propter solam distinctionem formalem eadem ratione dicam vniuersaliter: ꝙ esse nõ eẽ vel que cunq; alia contradictoria verificãtur de. a. et de. b. propter solam distinctionem formalem non obstante ꝙ sint idẽ realiter. et sic perit omnis via ad probandum distinctionem vel non identitatem realem

¶ Si enim dicas ꝙ homo est rationalis et asinus non est rationalis. ergo homo et asinus distinguũtur realiter. dicam ꝙ non sequitur quia sufficit ꝙ distinguuntur formaliter. Sed forte dicetur. ꝙ quando aliquid idem vere affirmatur. et vere negatur simpliciter et absolute sine aliqua additione alicuius modi sincathegoreumatici: tũc bñ cõtingit inferre non idẽtitatẽ realẽ. ideo sequitur simpliciter. a. est et. b. non est C

ergo est ibi non identitas realis similiter sequitur intellectus divinus et volūtas divina non est intellectus divinus. ergo distinguūtur realiter vel nō sunt idem realiter. Sed qñ aliquid cū aliquo modo sincathegreumatico affirmatur vel negatur nō requiritur identitas realis: sed sufficit formalis et sic est in proposito. Nam hec est vera intellectus divinus est formaliter intellectus divinus et hec similiter voluntas divina non est formaliter intellectus divinus. Sed hoc non valet: quia omnia contradictoria sunt eque contradictoria: et eque repugnantia. per secundam suppositionem et per ꝯsequēs tantū sunt contradictoria esse formaliter intellectum divinum: et nō esse formaliter itellectum divinum sicut esse itellectū divinum et nō esse intellectum divinum. ergo ex vna contradictione contingit inferre nō idētitatē realem sicut ex alia. Ex qua ratione tu dicis ꝙ ex ista non contingit inferre etc. eadem ratione: et pari facilitate dicam ꝙ nec ex alia. quare ꝓpositū. ¶ Secundo arguitur

D declarando predictam rationem quia quāvis talis distinctio vel non identitas formalis concedatur esse inter essentiam divinam et personam ad sensū positum et declaratū in pmo articulo et sz eque faciliter absolute posset sustineri inter essētiā et intellectū aut volūtatē divinam: qr tñ talis distictio est difficillima ad intelligēdū et ad sustinēdū vbicūqz nec facilior ꝙ sit trinitas personarū cū vnitate essētie. ideo non debet poni nisi vbi evidenter sequitur ex creditis traditis in scriptura sacra: vel determinatione ecclesie propter cuius auctoritatē debet ois rō captivari. Et idē cum omnia tradita in scriptura sacra et determinatione ecclesie ac dictis sanctorum possint salvari non ponendo eam inter itellectum et volūtatē divinā: et sic de qualibet pfectione dina: imo eam nō pōere magis ꝯsonet simplicitati divīe. seqtur ꝙ nō ē ponenda: sz negāda. Sz qr ex credēdis evidenter sequitur ꝙ de essētia et de psona seu relatione divina verificantur contradictoria et tamen sūt idem realiter: ideo cōcedit ibi distinctio formalis nec ibi verificatio contradictoriorū concludit distinctionē realem inter essentiam et psonā. qꝛuis aliquam distinctionē realē concludat scz inter vnā personā et aliam sicut magis declaratum est in pmo articulo. Cum igit quicqd est intellectus divinus est volūtas divina et ecōtra nō est ibi distinctio formalis concedēda. Inter essētiā vero et psonā ponēda est: qa ad pmū nō cogit fides sz bñ ad scdm: nec etiā in creaturis cōcedenda est qꝛuis possz ibi eque faciliter sustineri sicut in divinis. Et ratio est: quia ꝙ in divis vna res sit tres res et quelibet earū in fide expressum est: sed non ꝙ ita sit in creaturis: et per consequens cum repugnet rationi negādum est. Confirmatur predicta ratio sive breviter recollitur per hunc modum quādocūqz aliqua positio est ita difficilis ad sustinendum sicut positio trinitatis ipsa ē negāda: nisi p ipsam cogat fides: sed positio cōcedēs

intellectū diuinum ꝛ volūtatē ꝛ sic de qualibꝫ alia pfectiōe diua esse idem realr ꝛ distigui formalr est ita difficilis ad sustinēduꝫ sicut positio trinitatis imo forte magis q: ponit pluralitatē sine distītiōe reali: qḋ nō facit positio trinitatis: nec ad illā cogit fides. ꝫ talis positio est negāda pꝛesertiꝫ cuꝫ opposita possint faciliter sustineri. et sit magis. consona diuie simplicitati ꝛc.

A ¶ Tertio arguit̄ sic: quia si illa distinctio formalis sit ponenda vel sic distincta magis distingūtur q̄ꝫ persone: vel minus vel eq̄ Non pōt dici q̄ magis vel eque quia tunc distinguntur realiter quod supponitur: et ab aduersariis conceditur esse falsum. Nec potest dici q̄ minus quia distinctio personalium secundum doctores est minima distinctio siue minimus modus distinctionis nec minor videtur imaginabilis vt in pꝛimo articulo tāgebatur: et sic patet conclusio demōstratiue pꝛobata ꝛc.

B ¶ Sed cōtra p̄dicta arguitur aliquibus rationibus nec faciam omēs ratiōes que possūt fieri pꝛo opinione opposita. sed inducam fortiores.

.i. arguit̄ ¶ Pꝛimo arguitur sic distinctio emanationum diuinarum pꝛesupponit distinctionem pꝛincipioꝛum elicitiuoꝛum ꝛ non solū distinctionem secundum rōnem: et per consequens aliquā aliā p̄uenientem omneꝫ operationem intellectus nostri: sed itellectus et volūtas sunt in deo pꝛincipia elicitiua: ꝛ non distinzūtur realiter. ergo distinguntur formaliter. Confirmatur: quia filius p̄ducitur naturaliter per intellectū tāq̄ꝫ verbū patris: sꝫ spūssācto⁹ libere p voluntatē tāq̄ꝫ amoꝛ amboꝛū. Silr filius pducit̄ quo mō natus ꝛ spiritussanctus q̄uo datus: hoc autē nō videtur posse esse: nisi in pꝛincipiis elicitiuis scilicet inter intellectum et voluntatem sit aliqua distinctio ex natura rei ꝛc. Secundo arguit̄ sic aliquid per se conuenit intellectui diuino quod non sic cōuenit voluntati diuine ergo nō sūt formaliter et adequate idem cōsequentia patet ꝛ antecedens p̄batur. Tum pmo ex natura rei. deus intelligit per intellectum ꝛ non per voluntatem ꝛ deus vult per voluntatem ꝛ non per intellectum. Tum secundo q̄a deus naturaliter intelligit ꝛ deus libere vult. Tum tertio: quia deus per intellectum non est causa efficiens rerum per voluntatem ē causa efficiens rerum. Tum q̄rto: quia deus intelligit peccata et non vult peccata: vt omnes cōcedunt quare ꝛc. igitur. ii. arguit̄

¶ Tertio arguitur sic. si in deo nulla esset penitus distinctio ex natura rei non esset ratio. quare pꝛoduceret distincta. sicut vnuꝫ viuens ꝛ aliud non viuens. consequentia tenet: quia idem inquātum idem semper natum est facere idem. nec valet dicere q̄ ad hoc sufficit libertas. quia tunc sicut deus posset pꝛoducere vnaꝫ creaturam viuentem et non intelligentem: sic etiam posset pꝛoducere vnam intelligentem ꝛ nō viuentem: quod est impossibile. Igitur opꝫ ponere ꝛc. 3. arguit̄

¶ Quarto arguitur sic. si nulla esset penitus distinctio in deo inter perfectiones attributales sequitur 4. argu.

que nomina attributalia et rationes attributales eis correspondentes significarent penitus idem et per consequens essent synonima quod est falsum: igitur et cetera. Ista sunt fortiora argumenta istius opinionis et cetera.

Ad primu ¶ Ad primam rationem dico que si loquamur de emanationibus passiuis bene concedo que presupponunt distincta principia scilicet patrem et filium id est distinctas res quarum quelibet est principium. Sed si loquamur de emanationibus actiuis non oportet que presupponant distincta principia. Secundo dico que distinctio diuinarum emanationum passiuarum non presupponit aliquam distinctionem principiorum elicitiuorum: sed sicut in creaturis idem est principium totaliter elicitiuum diuersorum ita in diuinis. Tertio dico que nullum est principium quo filij in diuinis aliquo modo distinctum contra principium quod id est nichil in diuinis est principium quo producitur filius quod sit aliquo modo distinctum a patre qui est principium a quod producit. Ideo dico quarto que intellectus diuinus non est principium quo producitur filius: et ita de voluntate respectu spiritussancti.

Et ideo nulla res in diuinis est principium filij: nisi illa que nec est filius nec spiritussanctus.

Nec oportet ponere principia aliquo modo distincta et cetera. quia qua ratione tu dices que ab vno eodem principio simpliciter indistincto non producuntur distincti. Ita dico que ab vno eodem non distincto realiter non producuntur distincti realiter et cetera. ¶ Ad confirmationem dico primo que filium produci per intellectum siue per actum intellectus et cetera. potest multipliciter intelligi. Uno modo que intellectus sit principium quo siue per quod producitur: et sic est falsum vt iam tetigi. Alio modo non virtute sermonis sed per quandam appropriationem vsitatem a sanctis et sic illud est verum. Pro cuius declaratione dico secundo que generatio actiua filij appropriatur intellectui et spiratio actiua spiritussancti appropriatur voluntati. Cuius ratio potest esse propter similitudinem ordinis productionis intellectionis et amoris in anima ad ordinem productionum verbi et spiritussancti in diuinis vnde sicut productio intellectionis in anima non supponit aliud produci in ea et productio volitionis est ab anima et intellectione iam producta: vt supra dictum est: sic pater a nullo producitur sed filius est a patre improducto et spiritussanctus ab vtroque et cetera. Et hoc tamen non arguitur aliqua distinctio inter intellectum et voluntatem. et secundum hoc etiam potest exponi que filius producitur quemodo natus et spiritussanctus quemodo datus. ¶ Sed quia tangitur que filius producitur naturaliter et spiritussanctus libere ideo dico. Tertio que accipiendo libertatem proprie et stricte secundum que distinguitur contra principium productiuum naturale. illud non est concedendum quia pater et filius ita naturaliter et necessario spirant spiritum sanctum sicut pater ge-

nerat filiū sed accipiendo libertatē p volūtate pōt concedi ad bonum sensum: q filius procedit per modum intellectus ꝛ nature: et spiritussanctus per modum voluntatis ꝛ libertatis. scilicet per quādam appropriationem vt tactum est. Dico quarto. q concesso q filius naturaliter producitur et spiritussanct⁹ libere non tamē sequitur illa distinctio formalis inter principia elicitiua. quoniam deus pater producit filium naturaliter et creaturam libere per idem principium vt etiam habent concedere aduersarij. Similiter idem totaliter indistinctum re et ratione: etiam in creaturis potest esse principium naturale respectu vnius. et principium liberū respectu alterius non tamen respectu eiusdem. saltem eodē tēpore et stante eadem dispositione ꝛc. ¶ Ad secundam dico primo. q aliquid per se conuenire intellectui diuino ꝛc. potest dupliciter intelligi. Uno modo de virtute sermonis scilicet q aliquid aliquo modo cōpetat rei que est intellectus diuin⁹ quod non conueniat rei que est volūtas et sic illud est falsum. Alio modo improprie scilicet q aliqua propositio in qua aliquod predicatum enunciatur de hoc termino intellectus diuinus est per se vera et tamen propositio in qua idem predicatum enunciatur de hoc termino voluntas diuina non est per se vera. et sic potest concedi illud. sed tunc nō valet consequentia. Si autem primo modo intelligitur consequentia est bona. sed antecedēs

A Ad scdaʒ

falsum. ¶ Dico secundo pro solutione instantiarum pro q̄stio facerent pro intellectu falso. q de virtute sermonis concedunt est q sicut deus intelligit per intellectum ita intelligit per voluntatem et vult per intellectū: et per voluntatem intelligit naturaliter et per intellectuʒ vult libere et deus per intellectum ē causa rerum sicut per voluntatem. ¶ Dico tertio q improprie ad bonum sensum deus dicitur intelligere per intellectum et non per voluntatem. quia non omne quod intelligit vult ꝛ per voluntatem dicitur causa efficiens rerum ꝛ non per intellectū: quia omē quod vult esse vel fieri est vel fit sed omne quod intelligit est vel fit. Et dicitur intelligere naturaliter quia non potest non intelligere et libere velle quia potest non velle. a. Et ista possunt bene verificari de deo absq aliqua distinctione ex parte dei per solam connotationem distinctionis in creaturis. Sicut iste verificantur deus beatificat petrum et non damnat petrum. non propter aliquam distinctionem inter voluntateʒ beatitudinem et non damnantem sed propter distinctionē inter vitam eternam. ꝛ penā eternam quia istam deus beatificat petrum importatur totum istō: deus dat petro vitam eternam ꝛ per istam deus nō damnat petrum significatur totū istud deus non dat petro penam eternā et sic ista verificatur sine distinctione a parte dei quia deus p eandem virtutem et voluntateʒ dat vitam et non dat penam

B

C

sed hoc fit ꝓpter varietatem ex parte creature. Similiter de⁹ pōt creare .a. ⁊ nō creat .a. Nec tn̄ ex hoc sequitur ꝙ posse creare ⁊ non creare distinguitur formaliter i deo Et ita pōt dici in ꝓposito ⁊ hoc est qđ vult magr̄ .libro .i. distinctione .xxxv. vbi dicit ꝙ de⁹ ꝓpter diuersos effectus sortitur diuersa nomina sicut p̄destinatio p̄scientia ⁊c. ¶ Quarto specialiter dico pro quarta instantia ꝙ p istā de⁹ vult peccata īportatur scꝫ cōmunē modū loquēdi ꝙ deus facit aliqua male ⁊ qualiter non debet: ⁊ sic per illaꝫ connotatur res faciēs aliquid male vel qualiter nō debet quod solū potest cōpetere creature sed p illā deus intelligit mala vel peccata illud non connotatur ideo sancti in hoc sensu negant primā ⁊ cōcedūt scđaꝫ. sed ex hoc nullo modo sequitur ꝙ intellectio dei aliquo modo distinguitur ab ei⁹ volitione sed hoc solū ꝓuenit ꝓpter diuersa connotata. vnde sequitur ꝙ si isti termini intellect⁹ voluntas itelligere velle et sic de aliis non essent connotatiui sed p̄cise importarēt absolute illā rē que de⁹ est nō plus esset hec vera deus itelligit mala q̄ȝ hec de⁹ vult mala ⁊ sic de aliis ꝓpositiōib⁹ supradictis ⁊ hoc apparet ex p̄missis ⁊c. ¶ Ad tertiam dico ꝙ ꝯña nō valet ⁊ cōcedo ꝙ idem ⁊ oīno indistinctum pōt ꝓducere distincta nec ex distinctione productoꝝ pōt ꝯcludi in deo distinctio realis. nec pōt ꝯcludi i deo distinctio formalis rationū causalū plus q̄ȝ distinctione realitalū ꝓductoꝝ possit cōcludi in deo distinctio realis hmōi rationum q: qua ratione tu dices ꝙ ab eodē principio causali indistincto realiter ꝓducūtur effectus distincti realiter ita faciliter dicā ꝙ ab ipso indistincto totaliter ꝓducūtur tales effectus distincti realiter. Et si queras quare ꝓducit distincta. dico ꝙ sufficit ꝓ ratione eius libertas nec ideo sequitur ꝙ ipse libere possit ꝓducere vnā creaturam non viuentē tamen intelligentē ⁊c. q: nō stat aliquid esse intelligēs et nō viuens sed bene econtra. quare ⁊c. ¶ Ad quartaꝫ dico ꝙ noīa attributalia et rationes attributales significant penitus idem in deo .i. significant deū qui est penit⁹ et oīb⁹ mōis idē. Secundo dico ꝙ quandoqꝫ tales termini cōsignificant siue connotant diuersa in creaturis Unde licet in deo oīno idē significatur p itellectuū ⁊ volūtateꝫ ⁊ sic de aliis noībus pfectionalib⁹, tamē in creaturis illud correspōdet ꝯceptui intellect⁹ aliō cōceptui volūtatis ideo ista nomina non sunt synonima. Et si dicatur ꝙ saltē sequitur ꝙ hec nomina hec intellect⁹ diuinus hec volūtas diuia sunt noīa synonima. Pro isto dico tertio ꝙ non sunt synonima plus q̄ȝ ista hic homo hoc aīal eodē denotato. vñ licet nulli cōueniat vnū quin eidē cōueniet reliquū tamē aliquid significatur per vnū quod nō p reliquaꝫ. verū est tamen ꝙ res que est intellect⁹ diuinus et res que est volūtas diuina possunt significari p synonima nomina. Quarto dico ꝙ licet p̄dicta noīa significēt penit⁹ idē in deo tamē nō est nugatio dicēdo

D (margin, beside "tia ⁊c. ¶ Quarto specialiter")

E ad tertiū (margin, beside "missis ⁊c. ¶ Ad tertiam")

F Ad q̄rtā (margin, beside "tra. quare ⁊c. ¶ Ad quartaꝫ")

deus intelligēs volēs de9 iust9 sapiens &c. et hoc propter diuersas cōnotationes. Et sic patz ad predictas rōnes. Et hec de scdo
A articulo &c. ¶ Quantū ad tertium articulū ī quo videndū vtrū
.3. artic. in deo sit aliqua distictio inter essentiā et ideas siue rōnes causales. Primo videbitur qd sit idea. Scdo pbatur triplex cōclusio responsiua. Tertio mouebuntur dubia. Circa primū punctū primo notādū ē q licz de ideis diuerse sint opiniones apud antiquos doctores oēs tamen vel plures in hoc cōcordant q idea est realiter diuina essentia sed ad saluādum q in deo sunt distincte idee et quomodo distinguuntur: et ad quid. diuersimode dixerūt. Sz de his antiquitatibus transeo et remitto ad ea q tractat ockam circa. xxxv. distinctionē primi li-
B bri vbi hāc materiaz valde pulchre determinauit. ¶ Scdo notandū ē q idea scdm pdictū doctorem nō habet quid rei q: est nomē cōnotatiuuz nec significat pcise aliquid vnū: sed supponit p aliquo et cōnotat aliquid aliud vel illud idē p quo supponit et ideo habet tm̄ quid nois. vnde potest sic describi. idea est aliqd cognitū a pricipio pductiuo intellectuali ad qd ipsuz aspiciēs potest aliqd in esse reali pducere. Pma particula hui9 descriptionis pz p Augustinū. lxxxiij q.q. xlvi. vbi dicit. has autē rationes vbi arbitrādū est esse nisi in mēte creatoris. Nō em̄ extra se quicq̄ positū intuebatur vt fm illud cōstitueret qd cōstituebat. Ex quo ptz q idee sunt cognite a mēte diuina. Secunda particula ptz. scz a principio pductiuo &c. p illud qd in dicta auctoritate ponitur vbi arbitrandū &c. nisi in mente creatoris. Tertia pticula scz ad qd aspiciēs &c. pz per finalē clausulā illi9 auctoritatis q: dicit nō em̄ extra se &c. Et hoc clare insinuās q de9 ideas intuetur vt scdm illas cōstituat .i. efficiat illa q cōstituit. Itē ista descriptio pz p Sene. epl'a. lxvi. vbi enumeratis quattuor causis positis ab Arist. dicit sic. quitū plato adiecit exemplar q ideam vocat hoc em̄ ē ad qd aspiciens artifex illd qd destinauit efficit: nihil autē ad rem ptinet exemplar ad qd referat oculos an intus qd ipe concepit. Ex qua auctoritate pz q idee sunt quedam exemplaria cognita ab artifice ad que respiciēs potest aliquid in esse producere &c. ¶ Tertio notādū est q pdicta descriptio prout supponit p idea creature non cōuenit diuine essentie: sed ē ipsamet creatura: primum patz q: scdm oēs plures sunt. Unde dicit Augu. vbi i supra. alia ratione cōditus est homo: alia equus. &c. Et capit rationē p idea: sed essentia diuina est vnica et non plurificabilis nisi in tribus suppositis de quib9 nō est ad ppositū igitur &c. Unde inymaginabile est q diuina essentia esset realiter plures idee creaturarum nisi ponendo illas ideas esse distinctas formaliter: q distinctio formalis supra satis reprobata est. Alios modos saluandi per distinctionē rationis et respectū ad creaturā satis reprobat doctor pdict9. Tales em̄ respect9 nihil sunt et si essent nō faciunt

ad ppositū. Secūdo probatur quia ipsius creature idea sit creatura: primo quia sibi competūt oēs ptiale predicte descriptionis. Nā ipsa ē cognita ab itellectu diuino actiuo ⁊ deus ad ipsam aspicit vt rōnabiliter pducat: quia si quicūq deus cognosceret essentiā suā si non cognosceret suū pductibile ignoranter pduceret ⁊ nō rōnabiliter ⁊ p ɔñs nō per ideā. Et si p impossibile deus ipse cognosceret suū pducibile ⁊ nō cognosceret suā essentiā posset vere ⁊ rōnabiliter pducere. igitur ipsam creaturā pducibilē vere aspicit ⁊ ipsam aspiciēdo producit: ergo ipsa est idea. Itē idee pportionabiliter sunt ponēde i artifice creato ⁊ increato: sed si artifex creatus precise cognosceret illud artificiū qđ producit illud vere ageret p exemplar. ⁊ per ɔñs per ideā ⁊ sic respectu artificis creati ipsummet pducibile esset exemplar ⁊ p ɔñs per ideā ⁊ ideo idea. quia idem intelligūt doctores p ideas ⁊ exēplaria. igitur deus artifex increatus cum suā creaturā pducibilē ꝓcognoscit ipsa sibi ē exēplar ⁊ idea quare ⁊c. Itē istud patet a signo quia plato cuius sententiam sequitur Augu. ideā hoīs dicit esse hominē vel quidditatē hoīs vel creaturā humanā vniuersalem sicut patz p Aristo. recitantē opinionem platonis de ideis in diuersis locis. ergo eius intentio fuit quod idea esset nō diuina essentia: sed aliqua res alia cognita a deo que esset sibi exemplar ad quod aspiceret in producendo: sed inter omnia cognita nichil potest conuenientius poni idea q̄ ipsamet creatura vt magis patebit. igitur ⁊c.

¶ Ex predictis sequūtur aliq̄ ppositiōes ex quibus patebit q̄ sit necessitas ponendi ideas. Prima ē quod idee nō sūt ponēde vt sint rōnes cognoscēdi ipsas creaturas ab eis distinctas. Patet quia prer ipsaz diuinā essentiā q̄ est oībus modis sua cognitio nō sunt aliqua que possint sibi eē rōnes cognoscendi et tō nō sunt plures rōnes cognoscēdi creaturas. Secunda ē quod idee nō sunt ponēde tanq̄ similitudines quedam repñtantes intellectui diuino ipsas creaturas. Patz quia ille similitudines nō possunt esse diuina essentia cū ipsa sit oīno implurificabilis nec pōt poni aliquid aliud: quia non apparet quod eēt illud ⁊ per ɔsequēs sequitur propositū

¶ Tertia est quod predicte non sunt ponende: vt deus cognoscat p eas ipsas creaturas: patet. quia sicut apparet ex predictis deus ppue loquēdo nō cognoscit p ideas ⁊c. Hic tamen distinguendum quod ly per potest dicere circumstantiaz cause motiue sicut dicim9 quod ela intelligit p habitum tanq̄ per causam motiuā seu affectiuam: vel potest dicere circūstantiam potentie cognitiue sicut dicim9 quod homo intelligit p intellectuz: vel potest dicere circumstantiaz obiecti medij sicut dicimus quod intelligim9 deū in via p quendam ɔceptū sibi ppriū vel improprie potest dicere circūstantiā obiecti terminantis immediati sicut dicim9 quod videbim9 deū per suaz essentiaz quia ipsa erit visa in se imediate. Primis autem tribus modis non intelligit deus alia a se p ideas cog quia ille nec mo-

biẽt intellectū diuinū nec sunt
ipe intellectꝰ nec obiectū mediū
inter deū ⁊ alia a se cognita. Si
q̄rto mō p̄t ꝯcedi. q: idee sūt ipa
cognita a deo alia ab ipo sicut
dictū est ⁊ magis patebit p̄ seq̄n
tia.⁊c. ¶ Quarta ꝓpō ē ꝙ idee
ponēde sūt p̄cise vt sint exēpla=
ria ad que intellectꝰ diuinꝰ aspi
ciēs ꝓducit creaturas. Pʒ. q: se
cūdū Augustinū vbi supra ꝓpt
hoc p̄cise ponēde sūt idee in deo
vt ipse sit ratiōabiliter ꝓducēs
Unde ait. Quis audeat deū di=
cere oīa irratiōabiliter ꝯdidisse
⁊c. Sed ad rationabiliter ope=
randū nō requirit̄ nisi potentia
ꝓductiua ⁊ exēplar ad qd̄ aspi=
ciat ꝓducēs i ꝓducēdo sed idee
nō sunt ipsa potētia ꝓducentis
cū illa sit vnica ⁊ i plurificabilis
igit̄ sunt ipsa exēplaria et sic vt
B exēplaria sunt ponēde.⁊c. ¶ Ex
p̄dictis pʒ q̄ res sit idea q: non
est nisi aliq̄d cognitū ad qd̄ co=
gnoscēs aspicit in ꝓducendo et
sc̄dm ipsum aliquid simile illi et
ipsaminet ꝓducit in esse reali.
Sicut vna domus pōt dicere
idea et exēplar alterꝰ domꝰ q̄a
artifex illā domū cognoscendo
pōt aliam similē fabricare: ⁊ sic
prior domꝰ dicit̄ idea sequēde. Si
militer etiā si illa.⁊c. esset ab ar=
tifice p̄cognita v̄tute illiꝰ posset
domū eandē ꝓducere et sic illa
esset idea et exēplar suipsiꝰ. Ex
quo vlterius pʒ ꝙ hoc nomen
idea significat ⁊ importat in recto
ipsam rem ꝓductā ⁊ eādē etiaʒ
importat in obliquo ⁊ p̄ter hoc
importat in obliq̄ ipsā diuinā co=
gnitionē seu potētiā cognoscen
tē ⁊ ideo supponit p̄ ipsa re pro
ducta sed nō p̄ cognoscēte siue

ꝓducēte.⁊ totū pʒ ex dictis.⁊c. C
¶ His p̄missis pono tres ꝯclusi i. conclo.
ones responsiuas. Pria est ꝙ in deo
sūt plures idee que sūt realiter
idē diuine eēntie.⁊ sūt inter se ⁊
ab ipa eēntia aliq̄lit̄ distincte. pʒ
q: in diuinis sūt due p̄sone ꝓdu
cte. s. filius ⁊ spūsanctūs. ⁊ cuilibʒ
ꝯuenit descriptio idee ⁊ ꝯditio=
nes supraposite ⁊ oīa q̄ attribu
it Aug. ideis ꝯueniūt ita ꝓprie
⁊ forte magis de v̄tute s̄monis
q̄ꝫ cōueniāt creaturis vt pʒ cui
libet intuēti. ergo licet pater in
diuinis nō sit idea: q: nō est pro
ducibilis. tamē due p̄sone p̄di=
cte sunt idee. constat autē ꝙ ille
sunt realiter idē diuine essentie
⁊ inter se realiter distincte simi=
liter ab essentia aliqualiter di=
stincte scʒ formaliter ⁊ nō reali=
ter ad sensum supra expositum
in p̄mo articulo igitur quo ad
vtrāq; partē pʒ clare cōclusio
⁊c. ¶ Secunda conclusio est ꝙ D
in deo sunt plures idee que sūt ij. cōclo.
inter se et ab essentia diuina rea
liter distincte. patet q̄a plures
sunt creature inter se ⁊ ab essen
tia diuina realiter distincte ⁊ il
le sunt idee vt dictum est et sunt
in deo vt patet per illud Joh. i.
Omnia per ipsum.⁊c. qd̄ factuʒ
est in ipso vita erat.⁊c. Ergo pa=
tet conclusio sed satis patebit
eius declaratio.⁊c. ¶ Tertia cō E
clusio est ꝙ in deo nō sunt plu= iij. cōclo.
res idee q̄ꝫ due que sūt in eo re=
aliter et proprie sed bene sunt
in eo infinite intellectualit̄ ⁊ ob
iectiue. patet q: non sūt plures
idee q̄ꝫ due q̄ sūt realiter deus
vel in deo vt patet ex dictis sed
infinite sūt idee sicut sūt infinite
res ꝓducibiles ⁊ ille nō sunt in

deo realiter ꝓprie sꝫ solū intelle ctualiṫ ꝛ obiectiue scꝫ tanq̄ q̄dā cognita a b ipso ꝛ nō alio mō. Et sic ptꝫ ꝯclusio ꝛc. ¶ Ex p̄dictis clare sequunṫ aliq̄ ꝓpositiones de q̄bꝰ a diuersis multe sūt q̄stio nes. ¶ Prīa est ꝙ materie ꝛ forē et generaliter oīm partiū eēntia liū aut integraliū et vniuersaliṫ oīm rerū ꝓducibiliū sunt distin cte idee sicut ipe res inter se sunt distincte. ¶ Scd̄o est ꝙ idee solū sūt singulariū. ptꝫ q̄a sola singu laria sūt extra ꝓducibilia et nul la alia et si plato aliter senserit nō est in hoc sequēdus nec ī hoc eum approbat Augustī. ¶ Ter tia ꝙ idee nō sunt vniuersaliū. patꝫ q̄a nulla sūt nisi ponatur ꝙ vniuersalia sint q̄dam res in aīa simpliciter exn̄tes rebꝰ extra cō munes ꝛ p p̄dicationem vniuer sales. ¶ Quarta est ꝙ negatio num p̄uationū. vel mali culpe et huiusmodi q̄ non sunt res posi tiue ꝛ ab aliis rebus distincte nō sūt idee. patꝫ clare. Et sic ex di ctis patꝫ r̄n̄sio ad articulū. Sed cōtra p̄dicta sunt aliqua dubia. ¶ Primū ē q̄a videṫ ꝙ idee crea turarū sint realiter et proprie in deo creatore q̄a illud q̄ð est eter nū est realiter deꝰ vel in deo ali ter aliq̄ð aliō a deo essꝫ eṫnū sed idee sunt eterne s̄m beatuꝫ Au gustinū vbi supra dicentē. Sunt nanq̄ꝫ idee principales quedam forme atq̄ꝫ rōnes reruꝫ stabiles atq̄ꝫ incommutabiles q̄ ipse for mate non sunt ac p hoc eterne ac semp hoc eodē mō se habentes. Itē postea subdit. ꝙ si he rerum oīm creaturarū creandarum ve rationes diuina mente ꝯstituūṫ neq̄ꝫ in diuina mente quicq̄ꝫ nisi eternū ac incōmutabile esse pō atq̄ꝫ has rōnes reruꝫ p̄ncipales ideas appellauit plato. Nō solū idee sꝫ ipse vere sūt q̄a eṫne sūt at q̄ꝫ incōmutabiles manēt. Ex q̄ bus patꝫ ꝙ s̄m Augustinū idee sūt forme p̄ncipales ꝛ ꝙ vere sūt ꝛ ꝙ eṫne ꝛ incōmutabiles sunt q̄ oīa nō possūt cōpetere nisi deo ꝛc. ¶ Secūdum dubiū est q̄ꝛ nō videṫ ꝙ ipse creature sint ide. ¶ Primo q̄a Augustinꝰ dicit de ideis: ꝙ earū visiōe fit aīa bea ta. Similiṫ dicit ꝙ ipsa rationa lis aīa: non omnis ꝛ quelibet sed que sācta ꝛ pura fuerit asseritur illi visioni idearum esse idonea ꝛ illum oculum quo videnṫ ista esse sanū ꝛ sincerum ꝛc. Sed con stat ꝙ aīa visione creaturarum non fit beata. Similiṫ etiā ipas creaturas pōt intueri aīa nō sā cta sicut aīa sancta. Item si ipsa met res creata eēt idea sequiṫ ꝙ idea non plus haberet esse ab eṫ no q̄ꝫ lapis ꝛ per cōsequēs idea non esset eterna q̄ð est cōtra Au gustinū dicentem ꝙ exemplaria oīm rerū deꝰ intra se habet nu meros vniuersorum q̄ agēda sūt ꝛc. plenus his formis quas pla to ideas appellat imortales et ī mutabilis et infatigabiles. Hec autem non possunt ꝯpetere crea turis. Item s̄m Augustinū ipse idee neq̄ꝫ oriūtur neq̄ꝫ intereunt sed s̄m eas transformari dicitur oē q̄ð oritur q̄ð oriri aut inte rire potest ꝛc. sed impossibile est idē oriri et interire ergo creatu re que oriūtur ꝛ intereūt nō sūt idee ꝛc. ¶ Tertium dubiū est q̄a non videtur ꝙ ipsi deo siue itel lectui diuino ipsa creatura sit si bi ipsius idea. ¶ Primo q̄ꝛ sic de

F (margin, beside "clare sequunṫ")
G (margin, beside "sales. ¶ Quarta")
H i. dubiuꝫ (margin, beside "¶ Primū ē")
I ij. dubiū (margin, beside "Secūdum dubiū")
K iij. dubiū (margin, beside "Tertium dubiū")

ns aliquid extra se intueret̃ vt fm illō ꝯstitueret qđ cōstituit qđ ex ꝓsse negat Augustin⁹ vbi supra. ¶ Scđo q̄a sic de⁹ indigeret ali q̄ alio a se ad hoc qđ ageret qđ ē absurdū. ¶ Tertio q: sic idē ess3 exēplar suippius qđ est falsū q: inter exemplar et exemplatū de bet esse distinctio ⁊c. ¶ Ad pmū dubium dico pmo ꝙ idee creatu rarum non sunt in deo eternali ter realiter subiectiue. sed solum obiectiue id est ab eterno fuerūt i deo quia ab eterno fuert cogni te ab eo. Vñ nūꝙ̄ inuenit̃ ꝙ Au gustin⁹ ponat ideas nisi in diua mēte vel intelligētia ⁊ nūꝙ̄ i es sentia p hoc insinuās ꝙ nō sunt in deo nisi sicut cognita ⁊ nō si cut real'r existētia. đt eni vbi eas arbitrādū esse nisi in mēte crea toris. Et supra đt eas diuīa intel ligentia contineri. ¶ Secundo pro intellectu Augustini dico ꝙ eternu3 dupliciter accipit̃. Uno modo ꝓprie pro illo quod vere ⁊ realiter est existēs eternaliter ⁊ sic solus deus est eternus. Alio modo iproprie pro illo quod est cognitum eternaliter ⁊ sic intel ligunt Augustinus ⁊ alij ideas esse eṫnas inmutabiles ⁊ infati gabiles nec oriri nec iterire hoc est sunt eternaliter immutaliter et infatigabiliter cognite nec de nouo incipiunt intelligi nec desi nunt intelligi a deo. Et hec om nia dicunt sancti vt insinuent dif ferentiam idearum in mente di uina ⁊ in mente artificis creati q̄ nec eternaliter nec immutabili ter nec infatigabiliter intelligit. ⁊c. ¶ Tertio dico ꝙ loquendo de virtute sermonis ⁊ proprie si cut creature non sunt eterne sic nec idee s3 improprie. Et ad eun dē sēsum quo ꝯceditur ideas eē eternas posset ꝯcedi creaturas esse eternas vnum tñ vsitat̃ a sā ctis et nō reliquū. Cuius rō est quia hic terminus idea impor tat cognitionē ⁊ est termin⁹ am pliatiu⁹. Nō sic aute3 iste termi nus creatura nec isti hō lapis a sinus ⁊c. quare ⁊c. ¶ Quarto di co ꝙ quando Augustinus dicit ꝙ idee vere sunt quia eṫne sunt. nō intelligit ꝙ idee vere ⁊ ꝓprie sūt eterne. sed sicut aliqui dicūt ꝙ creature fuerunt eterne in dei potentia qđ nō est verū de virtu te ſmonis sed intelligūt ꝙ eṫna liter deus potuit eas producere Sic Aug. intēdit ꝙ idee v̄e sūt id est vere sūt itellecte a deo ab eterno nec ꝓpter hoc oportet cō cedere ꝙ ab eterno v̄e est q̄a ab eterno vere intelligit̃. Nam ista locutio non est vsitata a sanctis sicut prima: ⁊ causa fuit iam di cta. Similiter quando Augusti nus vocat ideas formas princi pales ⁊c. Non intendit ꝙ preter ideas sint alie res minus princi pales sed ideo dicit q̄a res ille p̄ us natura sunt idee ⁊ in deo co gnite q̄ꝫ sint extra deum ꝓducte ⁊ q̄a necessario in deo sūt idee et non necessario sed contingenter sunt extra deum producte sicut necessario sunt a deo cognite et contingenter producte. ¶ Si ve ro querat̃ vtrum precise aliqua res debeat vocari idea qñ deus actualiter ꝓducit fm ea3. an siue ꝓducat siue nō ita ꝙ sufficiat ꝙ possit producere fm ea3. Rñdeo ꝙ ista difficultas magis est vo calis q̄ꝫ realis. dico tñ ꝙ magis est de vsu sanctorū vocare ideas

A — Solutio primi du bij.
B
C
D
E

formis deus nō pducat actualiť ſm eas. vñ dicunt q res ab eťno fuerūt idee. Ex q̄ pz q si nullus asinus eēt ista de virtute ſmōis esset falsa idea asini est sz hec eēt vera idea asini ē idea asini pz p q̄d nois ⁊c. ¶ Scđo patz q ante creationē reruz hec nō erat vera idea creature est sed hec fuisset vera idea creature ē idea. Et sic ante q̄ idea creature eēt aliquid erat idea creature ⁊c. ¶ Ad secū-

F Solutio .ij. dubij. dum dubium pmo dico q aīa non fit beata visione idearū nisi beatitudine quadam accidentali q̄a visio creaturarū magna est perfectio aīe rōnalis. ¶ Secundo dico q aīa nō sācta pōt intueri ideas saltem aliquas sicut aīa sancta. Sed Augustin⁹ vult vel q aīa sancta beata multas veritates potest de ideis perfecte cognoscere quas non potest aīa nō beata vel q aīa sācta etiā in via habet de eis multas veritates quas non habet aīa non sācta et maxime ifidelis. Ut anima fidelis cognoscit q oīum rerum sunt idee in deo. hoc est q deus est oīm rerū causa p suam cognitionē et ita de multis aliis q̄s ignorat ifidelis ⁊c. ¶ Tertio dico q istud dictum Augustini et multa alia de ideis possent exponi non de ideis creaturarum sz de psonis diuinis pductis vt


G pater. ¶ Quarto dico q nō oīa dicta Augustini possent exponi de illis ideis increatis q̄a in deo non sunt nisi tres res realiter et proprie ⁊ tñ dicit August. q singula propriis rationibus creata sunt ⁊ ſm omēs Augustin. intendit q tot sunt idee quot sunt res pducibiles vel producte. saltem specifice distincte. ⁊ ita nō intēdit Augustin⁹ q oēs idee sint i deo realiť ⁊ pprie. Et si hoc intellexisset Augu. nō essz in hoc sequēdus sz cū reuerētia negand⁹. sic eni docet Augu. in plogo tertij de trini. Noli inquit nostris litteris q̄si canonicis scripturis inseruire ⁊ nisi quod certum intellexeris noli firmiz tenere ⁊c. Et eandem sententiam ponit i epistola .viij. ad hiero. q̄re ⁊c. Ad secūdam ⁊ tertiam instantiam ibidē factam patet quid dicendum sit ex responsione ad primum dubium ⁊c. ¶ Ad tertiū dubiū dico p- H So. 3. dubij.

mo q deus non intuetur aliq̄d realiter existens extra se vt ſcđm illud ōstituat qđ ōstituit: tamen intuetur aliquid quod nō est ipse nec est aliquid in re vt ſm illd constituit ipsum et quod potest esse. ¶ Scđo dico q ex hoc nō sequitur q de⁹ indigeat aliq̄ alio a se ad hoc q agat nec deus indiget ideis ad hoc q agat nec ipse idee seu aliquid aliud ab eo req̄runtur proprie loquēdo ad hoc q agat sed tantum requiriť cognitō ideaꝝ ipsaꝝ q̄ est oīb⁹ modis ipse deus. et eo ipso q deus est de⁹ ipse cognoscit oīa nec aliter esset ratiōabiliter operās nisi cognosceret sua opera. ¶ Ter- I

tio dico ad tertiā instantiam q ipsa creatura est ipi deo exēplar suiipsius ⁊ idea. nec oportz q inter exemplar ⁊ exemplatū sit distinctio. Uñ sicut vna domus extra cognita potest esse exemplar alterius domus fiende. qua est illud ad quod artifex aspicit vt consimilem producat. ita si artifex ipsā domū fiēdā cognosceret in particulari ita quod nihil ali

nd cõcurreret qd eēt sīle domui fiende posset p hoc ita pfecte vel pfecti⁹ facere ipam domū fiēdā sicut si cognosceret vnā aliā domū & sic ipa nec. dom⁹ pcognita eēt exēplar suiipsi⁹ Sic aūt ē de deo qꝛ qꝛ ipe oēs res pfecte pcognoscit quas postea pducit & illas producēdo aspicit & sic respiciēdo dr rõnabiliter operās q̃a non tm̄ in vniuersali sed in pticulari et distīctissime cognoscit qd opatur. Et si dicaꝫ qꝛ fm Senecam allegantem platonē vbi supra idea est cā quinta. pter illas q̃ttuor causas positas ab Aristotele &c. sed nihil est cā suiipsius ergo nihil ē idea vl' exemplar sui ipsius. ¶ Pro isto dico q̃rto qꝛ ppue loquēdo nihil est cā nisi aliquo q̃ttuor illoꝝ modoꝝ positorū ab Aristotele & ideo idea proprie nō est causa. tm̄ extendendo nomen cause ad oīne illud cui⁹ cognitio psupponitur pductioni alicui⁹ sic potest idea vl' exēplar esse causa. et sic extensiue & impropie loq̃tur Seneca de causa & alij sancti. & sic nō est inconueniens qꝛ idem sit cā suiipsi⁹ sicut non est inconueniēs qꝛ necessario illud quod debꝫ pduci debeat pcognosci qꝛ non est aliō cē cām isto modo q̃ pcognosci vt fm ipm fiat ipmmet vel aliud simile & sic dicit Augustin⁹ qꝛ singula pprijs sunt creata rõnib⁹ &c. id est pprijs exēplaribus nec aliud intendit Augustin⁹. Et si aliud intelligeret ita qꝛ predicta dictoꝝ suoꝝ expositio nō placeret tm̄ cum opposita positio sit cõtra rationem poti⁹ ei⁹ auctoritas esset neganda q̃ opposita positio esset ↄcedenda pter ipam auctoritatē. Nam pter dictum Augustini non est op⁹ intellectui contra rationē captiuari: sicut iam ex eius auctoritate pbaui. Et hec de tertio articulo &c. ¶ Ad rationes principales patet clare quid sit dicendū de tribus articulis. q. in quibus de ipsis est visum. tm̄ in secunda ratione allegabaꝫ auctoritas Augustini qꝛ omnes diuine perfectiones sunt equales quod non est verum ppie cū nullo modo sint distincte sed intelligit equales id est non lequales. Similiter negatur illud qꝛ ibi dicitꝫ scilicet qꝛ essentia diuina est fundamentū omnio pfectionū &c. nisi intelligatur capiendo terminos materialiter et ad sensum improprium &c. B ad. ij. principale.

¶ Questio septia i qua tractaꝫ materia de gñatione in diuinis. C Qõ. vij.



Circa quartam distinctionē & omnes alias sequentes in quibus magister agit de generatione i diuinis ¶ Quero vtꝝ concedendū sit a catholicis vnā rem generare et aliam generari in diuinis. Arguitur primo qꝛ non: sic. In diuinis non dꝫ concedi eēntiam diuinam generare aut generari igitur questio falsa. añs patet p magistrum dist. 5 & p determinationē ecclesie. c. dãnamus extra de sūma tri. & fide catholica. Sꝫ gña pbaꝫ qꝛ essentia diuia ē qlꝫ res q̃ est de⁹ ergo si ipa nō ē gñans nec res genita quare. Ista consequentia tenet q̃s ex opposito sequitꝫ eēntia est res generans ergo essentia est generans per illam regulā qꝛ a Utrū sit ↄcedēdū in diuis vnā rem gñare aliam. Ar. i.

determinabili sumpto cũ determinatione nõ distrahẽte nec diminuente ad determinabile absolute sũptũ ⁊ similiter ad determinationẽ absolute sũptã ẽ bõa ꝯña. Et vltra seq̃tur: essẽtia est generãs ergo eẽntia generat q: de q̃cũq; p̃dicatur participiũ de eodem predicatur eiusdem participij verbũ. quare ⁊c.

2. arguit ¶ Scdo arguitur sic. In diuinis nõ debet cõcedi esse veram potentiaꝫ generãdi ergo questio falsa. consequentia patet q: vbi non est vera potentia generandi ibi nõ debet concedi aliquid posse generare vel genrari. ſꝫ antecedens ꝓbatur quia vel talis potentia in generandi cõcedit̃ esse in qualibet persona vel non sed in solo patre. si dicatur primuꝫ ergo in filio et spũsancto est vera potentia generandi et p̃ꝯñs quilibꝫ potest generare filiũ qđ est absurduꝫ. Si dicatur scđꝫ ergo cũ potentia gñandi sit ꝑfectio simpliciter: sequitur q̄ aliqua perfectio simpliciter erit in patre que nõ erit in alijs personis ⁊ qđ aliquid poterit pater qđ nõ potest filius nec spiritussanct⁹: ⁊ p̃ꝯñs non sunt eque perfecti nec eque potẽtes. quare ⁊c.

3. arguit ¶ Tertio arguitur sic. In diuinis nõ debet ꝯcedi eẽ gñationẽ ꝓprie dictam alicui⁹ rei: ergo q̃stio falsa. ꝯña pꝫ q: vbi non est gñatio ꝓprie dicta alicuius rei nõ debet cõcedi aliq̃d ꝓprie gñare aut gñari Sed añs ꝓbat̃: q: omis generatio ꝓprie dicta est ꝓductio de nõ esse ad eẽ. Sed q̃cquid est in diuinis ẽ eternũ: nec capit eẽ post non esse. igitur ⁊c. ꝯña patet: et minor etiam per illud simboli. eternus pater etern⁹ fili⁹ ⁊c. ſꝫ maior apparet p diffinitiõeꝫ generationis: ⁊ etiã q: sicut se hꝫ corruptio ad eẽ sic gñatio ad nõ esse: ſꝫ q̃cquid corrũpit̃ desinit eẽ: ꝰ q̃cquid gñatur icipit eẽ q̃re ⁊c.

¶ In oppositũ arguitur p magistrum in hac distictiõe ⁊ alijs pluribus et p determinationem ecclesie ⁊c. In oppo

¶ In ista questione iuxta materiã triũ argumentorũ erunt tres articuli. Primus vtrum in diuinis debeat cõcedi diuinã eẽntiaꝫ generare aut generari. ¶ Secundus vtrũ in diuinis debeat cõcedi esse veram potentiã genrãdi. Tertio vtrũ in diuinis debeat concedi eẽ generationẽ ꝓprie dictam alicui⁹ rei. Unde sub istis tribus articulis expediaꝫ breuiter multas q̃stiones que solent fieri de generatione in diuinis ⁊c. Decisio q̃stionis

¶ Quantum ad pmũ articulum ponaꝫ tres conclusiones et eas declarabo. D 1. articu.

¶ Prima cõclusio ẽ q̄ nõ est concedẽdum a catholicis diuinã essentiaꝫ aliquid generare vel ab aliquo gñari in diuinis. 1. ꝯclusio Ista conclusio pꝫ ex determinatiõe ecclesie supra allegata. Et licet supra declaraui ista cõclusio non possit euidẽter concludi ex manifestis in fide ante declarationẽ ecclesie: tñ põt satis persuaderi. Quia si oppositũ esset verũ sequeret̃ eẽntiam distigui ab illo quod generat vel generatur: quia omne quod generat distinguitur ab illo quod gñatur ⁊ econtra. ſꝫ essentia diuina nõ distinguitur ab aliquo in diuinis. Et licet large loquendo de distinctiõe ꝯcessum sit supra quod distinguitur formaliter a

persona: hec tñ distinctio nõ sufficit ad ppositum: sz requirit distinctio realis: quare rc. Et si q̄rat rõ quare nõ põt cõcedi q essentia ẽ generãs sicut cõcedit q essentia est pr̃ vel paternitas: cũ tñ iste termin⁹ generãs supponat p eẽntia mediate sicut ly pr̃ vel paternitas. ¶ Respõdeo q
A siue ex pprietate ipsorum predicatorũ generare r gñari: spirare spirari: siue ex vsu loquentiũ quod magis videt ista p̃dicata non predicantur de aliquo in diuinis: nisi de illo de quo primo r immediate p̃dicantur siue pro quo immediate supponunt: r q: non supponunt imediate nisi p supposito: ideo hec non est vera essentia est generãs. Si aũt hoc sit ex vsu sanctoꝝ r aliorum loquentiũ rõnabiliter potuerunt ad hoc moueri: ne ɔcederetur q essentia diuina distingueretur realiter ab aliquo quod est i diuinis. cũ sit cõmuniter cõcessuz apud oẽs q oĩe gñans distinguitur realiter a genito et econuerso. Et ideo essẽtia diuina nõ potest generare aut generari in diuinis: quia nõ potest realiter distingui a quocunq supposito
B in diuinis rc. ¶ Dico autẽ notãter in p̃dicta cõclusione q essentia non generat aliquid: nec generatur ab aliquo in diuinis.
Nam ista ppositio essentia diuina nec generat nec generatur simpliciter r vniuersaliter non est vera: sed solũ est vera de gñatione ad intra r eternali: non de gñatione ad extra r tẽporali: q: non est dubiũ quin essentia diuina generet quicq̄d gñatur ad extra. Similit posset generari tẽporalit: q: sicut fili⁹ tp̃aliter fuit genitus per assumptionẽ nature humane: sic possibile esset de essentia diuina: imo scd̃m aliquos in xp̃o sic fuit de facto. Sz de hoc videbit in tertio. Ptz ergo q illa ppositio nõ debet intelligi vniuersalit sz specialit de gñatiõe eterna: r q̄uis satz appareat in decretali q ista est intẽtio determinatiõis ecclesie: miror tamẽ quare ibi dicitur simpliciter q essentia nec est generans nec genita rc. cũ in tali materia verba debeant esse clara r expresse limitata rc. ¶ Scd̃a cõclusio est q nõ est concedenduz a catholicis diuinã essentiã esse subiectum vel quasi subiectum diuine gñationis. Ista cõclusio est contra opinionẽ quorũdam qui imaginant q sicut in gñatione creature est aliquid potẽtiale quod p̃supponitur gñationi vt materia r aliquis termin⁹ formalis inductus p gñationez que est forma. ex quibus constituitur essentialiter ipm pductũ ita pportionabiliter in diuinis essentia diuina q̄ p̃supponitur i patre est quasi materia et relatio quasi forma: r persona est q̄d constitutũ ex essentia et relatione tanq̄ quid pductuz ex quasi materia et q̄si forma r sic essentia est quasi subiectũ. ¶ Hãc autem opinionem aliqui declarãt sic. q: circa materiã istoꝝ gñabiliũ r corruptibiliũ est inuenire aliqua q̄ sunt pfectiõis r aliqua impfectionis. Primũ impfectionis est q materia est alia scd̃m essentiã in generante r genito. Scd̃z q est impotentia añ actũ q̄tum ex se ad formam realiter

(margin: C 2.ɔclu. ; D)

differentē. Tertiū est q̄ p realē transmutationē vadit de potentia ad actū. Sz pfectionis ē primo q̄ est eiusdē rōnis in generāte z genito. Scdo q̄ cū termino formali cōstituit p se vnū licet sit impfectionis q̄ cū termino formali realiter componat. Tertio etiā pfectiōis est q̄ materia est illud qd̄ cōstitutū ḡnatur ne sit de nichilo. Circūscribēdo ḡ oēs p̄dictas impfectiones cōsiderando solū materiā scdz pfectiones p̄dictas videt̄ q̄ materia sit ponenda in diuinis ipā essentia ne sit ḡnatio de nichilo vel de substantia aliena. Ad hoc autem facit q̄ magister dicit filiū non generari de nichilo sed de substantia patris sed illud de quo aliquid generatur est subiectum z quasi materia talis ḡnationis. igit̄ zc̄. Sed non insistēdo circa istā materiā vel opinionē breuiter teneo cum Scoto z Ockam partē oppositaz. ¶ Et dico q̄ filius est de substantia p̄ris non sicut de materia vl' quasi de materia: sed sicut de aliquo quod ē sibi substātiale hoc est de patre qui est filio cōsubstātialis et ita non est fili⁹ de nichilo. non q̄a sit de alia materia vel quasi materia presupposita sed quia est de patre in quo est substantia filij vnde p cōclusione z cōtra predictā opinionē arguo breuiter sic. q: potētia z actus non possunt cōpetere nisi reb⁹ realiter distinctis vt materia z forma. z iō sicut in diuinis fm̄ oēs nō est ponenda cōpositio nec quasi cōpositio sic z eodē mō nec est ponendū q̄ aliqd̄ sit potētia vel act⁹ materia vel forma. vel q̄si potētia aut quasi materia respectu alterius z hoc pp̄ter idētitatē realē essētie z relationis in diuis. Sz q̄d quid attribuit̄ essentie attribuēdū est relationi z econuerso nisi oppositū sit creditū vl' sequatur euidēter ex creditis vt supra dictū ē zc̄. Itē falsitas p̄dicte opinionis q̄tū ad hoc q̄ ponit psonā constitui ex eēntia z relatiōe patebit alias vbi oppm̄ p̄batur cōtra Ockam: sed pro nūc transeo q: sat' p3 cōclusio zc. ¶ Tertia cōclusio est q̄ nō est cōcedendū a catholicis diuinā essētiam eē formalē terminū diue ḡnationis. Ad cui⁹ declarationē pono aliquas p̄positiones. Prima est q̄ termin⁹ formalis alicui⁹ p̄ductiōis vt hic sumit̄ est illd̄ qd̄ capit eē simpliciter p illā p̄ductionē vn̄ qn̄ termin⁹ formalis z terminus totalis distinguūtur terminus formalis est aliq̄d ipsius termini totalis capiēs simpliciter esse p ipsam p̄ductionem. ex hoc q̄ termin⁹ totalis capit esse simpliciter per ipsam. ¶ Ex hoc sequit̄ primo q̄ non ideo dicitur aliq̄d t'min⁹ formalis q̄a est forma. Nā si de⁹ crearet ipsam materiā per se existentem illa esset terminus formalis. Similiter si deus crearet materiam sub forma preexistēte forma non esset termin⁹ formalis sed materia. Secundo sequitur q̄ hic nō capit̄ formale vt est cōcretū ipsius forme tam scdm̄ vocē q̄z secūdū significationē sed capitur p illo qd̄ secundū se totū primo habet eē p aliquā p̄ductionē. Et sic non est inconueniēs materiā eē terminū formalē alicui⁹ productionis sicut ipsa est obiectū formale. vel potē

esse alicuius cognitionis. Tertio sequitur quod quando aliquod cõpositũ creatur sm se totũ nõ plus dicitur forma eẽ termin⁹ formalis illius pductiõis q̃ materia. Quarto sequitur quod quãq₃ idẽ est terminus formalis et termin⁹ totalis alicuius pductiõis. Unde licet quãq₃ distinguũtur non oportet tñ semp sic eẽ vt patet satis. ¶ Ex pdicta descriptione sequũtur alique ppositiões.

A ¶ Una scda est quod eẽntia diuina nõ est terminus formalis diuine generationis. Patet ex quid nois q̃a essentia diuina nõ h₃ esse per pductionẽ igitur patet pclusio. Tertia ppositio est quod persõa diuina potest dici terminus formalis diuine generationis. nõ tamẽ distinguendo terminũ formalez contra terminũ totalem. patet. q̃a ipsa simpliciter habet esse p productionẽ. igitur ⁊c. Utrũ autem debeat proprie vocari terminus formalis vel terminus totalis vel neutro modo magis esset difficultas vocalis q̃ realis ideo de ea non est curandum. tamẽ psona vere est terminus originatus ⁊ est terminus ipsius productionis actiue q̃a respectu illius pater dicitur pducẽs.

B ¶ Quarta ppositio est ptra Ockam quod relatio est termin⁹ formalis diuie generationis: patet q̃a psona et relatio sicut filius ⁊ filiatio sunt oibus modis idez tam formaliter q̃ realiter. igitur ⁊c. Nec valet ratio sua. vnde arguit sic. nihil idẽ potest esse terminus suiipsius s₃ ipsa productio est relatio formaliter ⁊ realiter. ergo relatio non est terminus formalis pductionis. Ideo licet ipse cõcedat quod relatio aliquo modo habet esse p generationẽ q̃a idẽ est seipsa. tamẽ quia ad esse terminuz formalem reqritur aliq̃ non idẽtitas ad ipsã pductionẽ hoc est quod nõ sit idem formaliter et ita est vt dicit quod gñatio ipsa ⁊ filiatio sũt idẽ formaliter ⁊c. Ad hoc ergo rñdeo quod gñatio actiua nõ est filiatio s₃ est pater ⁊ paternitas sicut gñatio passiua nõ est paternitas: s₃ est filius et filiatio. Et ideo sicut fili⁹ est terminus formalis gñationis actiue. sic etiã filiatio cũ sit idẽ formaliter filio. quare ⁊c. S₃ cõtra predictas cõclusiões arguo sic.

C ¶ Primo ptra primã: q₃ essentia diuina non min⁹ est rõ generãdi in diuis q̃ forma sit ratio generãdi in creaturis quia nichil videtur ratio generãdi in diuinis nisi essentia diuina sed quia forma in creaturis est ratio agẽdi vere dicitur forma agens immo agere competit subiecto per formam ⁊ per pñs verius põt pcetere ipsi forme ergo eodẽ mõ q₃ essentia diuina est rõ generandi vere dicitur generãs. Confirmatur per rõnem pmã ante oppositũ. Siliter eẽntia est pater ⁊ omis pater generat vel genuit. similiter est pater filij ⁊ nõ nisi illius quez genuit ⁊c. .i.arguitur

¶ Secũdo ptra scdam cõclusionẽ arguitur sic illud qđ est p se constitutiuuz suppositi producti ⁊ psupponitur ipsi generatiõi magis puenit cũ materia in gñatiõe naturali. q̃ cum forma substantiali. sed essentia habet totuz esse sibi pprium in patre prius origie q̃ sit i filio ergo essentia magis habet rõnẽ materie q̃ forme ⁊c. ij.arguitur

¶ Tertio arguitur contra tertiam cõclusionem q̃a sicut arguit scot⁹ li.i. di.v.q. ⁊c. eẽntia diuia datur siue cõica 3.arguitur

scd̄m sētētiā z philosophi. primo prior. hoc nomē contingēs idē valet q̄ hec orō possibile nō necessariū. ¶ Scd̄a est q̄ sicut aliquid dicitur posse eē z posse nō eē: sic dr̄ cōtingēs eē z cōtingēs nō eē. z nō solū qn̄ hoc verbū est p̄dicat̄ scd̄m adiacens. sz etiā qn̄ predicatur tertiū adiacens qualecunq̄ sit p̄dicatū. Tertia ē q̄ qn̄ dicit̄ cōtingēs est indeterminatum ad eē z nō eē nō debet intelligi de indeterminatione de ineē. s. q̄ contingens nec sit nec nō sit q: hoc ē impossibile includens contradictionem. sed de indeterminatiōe de necessario negatiue. scilicet q̄ non est necesse eē nec necesse nō eē. vel de indeterminatione de possibili affirmatiue: scz quia potest eē z pōt non eē. qui duo sensus equipol-
A lent. ¶ Ex his pz quarta q̄ tūc contingens est ꝯtingens quando potest eē et potest nō eē. ideo ad vidēdū vtrū qn̄ res est sit cōtingens eē. vel qn̄ non est videndum est vtrum qn̄ res est possit non eē. vel quando ipsa non est. Unde hic sciendū est q̄ hoc potest tripliciter itelligi. Uno mō q̄ quando res est tunc sit in potentia. vt in futuro non sit. Alio modo q̄ tunc sit in potentia. vt non sit etiā tunc. Et hoc dupl'r. Uno modo sic q̄ ꝓpositio enūcians ipsum non eē tunc potest eē vera i futuro. Alio modo sic q̄ possit eē vera etiam ꝓ illo tūc
B Secundum hoc pono aliquas propositiones. ¶ Prima est q̄ primo modo aliquid quādo est potest non eē. Patet. q: certuz est q̄ aliquid nunc est quod non ē impossibile nō eē. igit̄ aliquid nunc ē qd̄ pōt nō eē añs patz q: multa sunt corruptibilia zc. Ex hoc patet contra aliquos q̄ licz ista sit vera aliq̄d simul pōt esse et pō nō eē. tamen hec non ē ꝯcedenda. aliq̄d simul potest esse et nō esse. Prima ps patz. q: aliq̄d qn̄ est potest nō eē ergo simul qn̄ est potest non esse. z per ꝯñs zc. Scd̄s pars pz. q: si zc. signetur illud tunc sic. hoc simul potest esse et non eē. ergo hec est possibilis. hoc simul est et nō est. ꝯña tenet. q: quelz cathegorica singularis de possibili cuius subiectū est nomen ꝓpriū vel ꝓnomē demōstratiuū precise si est vera in sensu diuiso est vera in sensu composito. Secundo sequitur q̄ copulatiua et partib⁹ de possibili non requirit ad eius veritatem vnam copulatiuam de inesse possibilē. sz sufficit q̄ vtraq̄ pars diuisim sit possibilis. patz in materia ista. Itē in hoc exemplo. Sortes pōt portare hūc lapidē. z Sortes pōt portare illū lapidē. demōstratis duob⁹ lapidib⁹ quoꝝ vterq̄ sit adequat⁹ virtuti sortis zc. et tñ non sequitur. ergo Sortes potest portare hunc lapidē et illuz zc. ¶ Scd̄a ꝓpositio est q̄ secūdo modo siue in sensu secundo aliquid qn̄ est potest non eē. patet q: ꝑ solā C preteritionem instātis in quo ē ipsū post non est in illo instanti. z sic siue illd̄ corrūpat̄ siue nō: tñ ista erit v̄a illd̄ nō ē in hoc instāti demōstrato illo in quo pri⁹ fuit. Et sic pz in hoc duplici sēsu ꝙ dubitatio nō hz magnā difficultatem. Sed de tertio sensu ē difficultas de qua sunt opiniones contrarie. De hoc tamen sit

tertia ꝓpositio. ꝙ tertio modo
in sensu tertio. aliqđ qn̄ ē pōt nō
esse. sic ꝙ ꝓpositio enūcians ip
sū nō eē possit eē vera ꝓ illo tūc
Istā ꝓbat diffuse magr̄ Gregoꝛ
rius ex trib⁹ suppositionib⁹. Pri
ma est ꝙ aliqua est cā libera: et
ꝙ cā libera in hoc differt a natu
rali ꝙ positis oībus requisitis
ad agendū pōt agere ꝛ pōt non
agere. nō sic cā naturalis. ut pꝫ.
ix. meth. Scđa est ꝙ voluntas
pōt volitionē suā elicere in istā
ti. ꝛ si quis nō ꝯcedat istā suppo
sitionē dicit ꝙ pōt formari ra
tio de deo ꝛ aliq̄ creatura quaꝫ
de⁹ pōt in instanti libere ꝓduce
re. Sed quicqđ sit de istis sup-
positionib⁹ qꝛ forte pꝛima nō ē
oīno vera. et secūda ē dubia. tn̄
conclusio sua est tenēda. Et ē ꝓ
babilioꝛ (videre meo) ꝙꝫ sua op-
posita ꝯcessa futuroꝝ cōtingē
tia. Et hanc habēt tenere quicū
qꝫ tenent deum potuisse ꝓduce
re creaturā aliquā ab eterno: et
quicūqꝫ tenēt ꝙ angelus potuit
mereri in pꝛimo instanti sui esse
Sed circa ꝓcessuꝫ istū nolo hic
insistere. qꝛ de hac materia ma-
gis erit vidēdū qn̄ tractabit̄ de
libertate. ꝓ nunc autē suppono
ꝙ volūtas ꝓ illo instāti quo hꝫ
actū liberū pōt illuꝫ nō habere.
Itaqꝫ ꝓ illo tūc quo hꝫ actū hec
pōt esse vera pro eodē tunc ipsa
nō habet actū ꝙuis nō sit possi
bile ꝙ vtraqꝫ ꝯiuncti ꝛ simul sit
vera. ꝛ sic libertas et ꝯtingētia
nō soluꝫ est ad futura sed etiam
ad pn̄tia ꝛc. ¶ Quarta proposi
tio ad maiorē declarationē p̄di
ctoꝝ sit hec ꝙ aliqđ eē in aliquo
instanti / ꝛ posse nō esse in illo in
stanti. sic ꝙ ꝓpositio enunciāa

illud nō eē possit eē vera in illo in
stāti pōt tripl'r intelligi. Uno mō
ꝙ hoc sit possibile in sensu ꝯpo-
sito. ꝛ hoc implicat ꝯdictionem
ꝛc. Alio mō ꝙ hoc sit possibile i
sensu diuiso. et hoc dupl'r. Uno
mō ꝙ illa res q̄ est in aliquo istā
ti dato. possit nō eē i illo instāti
.i. iā posita inesse desinere esse. ꝛ
de eē transire in non eē in illo in
stanti: ꝛ ꝙ ꝓpositio enuncians
ipsam eē desinat eē vera ꝛ de ve
ra fiat falsa. Et hoc est impossi-
bile. qꝛ talis successio sine trans-
mutatio nō est possibilis in in-
stanti. Tertio modo ꝙ absolu-
te ꝛ simpl'r sit possibile illā rem
non tunc eē ꝛ non poni. s. ꝓ suaꝫ
causam incē ꝛ ꝓpositionē enun
ciantē ipsam nō eē. esse in illo in
stanti verā. Et iste sensus est ve
rus: ꝛ sm̄ ipm̄ posita ē tertia ꝓ
positio. ¶ Et ꝙ hoc nihil incon E
ueniens icludat ōstendo breuit̄
sic. qꝛ ꝯcedēdo ꝯtingentiā futu-
roꝝ ꝯcedendū est ꝙ antixp̄s erit
in. a. instāti / ꝛ pōt nō fore ꝓ illo
instāti. et si dicat̄ ꝙ hec est vera
in hoc instāti. antixp̄s erit / et ꝓt
non eē vera in hoc instāti. ergo
ꝯcludit̄ qđ erit necessario vera i
hoc instāti. ꝙꝫ necessarium est in
hoc instāti antixp̄m fore. Et ita
argui pōt de quolibet alio istā-
ti quare. Sꝫ eque facilit̄ pōt sus-
tineri ꝙ sortes est in. b. instanti
et pōt nō esse in. b. instanti: et qꝛ
hec est vera in hoc instāti sortes
est. et pōt non eē vera in hoc in-
stāti qꝛ nō apparet maioꝛ diffi-
cultas. in hoc scđo ꝙꝫ in pꝛimo.
et oīs ratio q̄ posset fieri ꝯtra
sm̄ posset retorqueri ꝯtra pꝛimuꝫ
vt pꝫ subtiliter intuēti. Igitur
cū pꝛimū sit sm̄ fidē tenendū. et

nõ sit aliqua auctoritas fidei cõtra scdm.sequit ppositũ rc.Et eodẽ mõ sicut dictũ est q aliqd qñ ẽ põt nõ eẽ põt dici q aliqd qñ nõ est põt eẽ rc. ¶ Scda dubitatio ẽ circa pdicta qualit debeat intelligi illa cõis ppositio phi.oẽ qd est qñ ẽ necesse ẽ esse hec eñi videt expresse supradictis 3dicere r obuiare rc. Ad hoc respõdet valde bñ Greg. distiguẽdo q ista dictio qñ. põt ibi stare aduerbialit vel 3iũctiõaliter ita q equaleat huic 3iunctioni. si. ¶ Nã vt dicit Boeti9 lib.i.de ypotheticis sillogismis ita põt fieri 3ditiõalis p hoc aduerbiũ cũ sicut p hanc 3iũctionẽ.si. Uñ ista est 3ditionalis cũ homo est aïal est.sicut hec si hõ est:aïal ẽ. et idem iudicium potest esse de quãdo rc. Si ergo ly qñ stat ibi aduerbialiter.vel illa ppositio sumitur in sensu cõposito et sic est vera.q2 denotat q hec sit necessaria.omne qd est qñ est est r hoc est verũ:licet nõ habeat aliquã singularẽ necessariam pter hanc hoc qd est qñ est est/demõstrando deũ. Nã quocunq3 alio demõstrato singularis est 3tingens.vt pz rc. Uel illa sumetur in sẽsu diuiso.r hoc dupliciter. Uel ipsa est tpalis.et tũc equalet huic copulatiue.omẽ qd ẽ aliquando est.r omẽ tale tũc est necesse esse.r ipsa est falsa sicut scda pars.q2 nihil pter deũ aliqñ est necesse esse. Uel põt eẽ de tpali extremo.r hoc duplr: vel de tpali subiecto/et sic totũ hoc oẽ qd est qñ est:erit subiectuz et reliquũ erit pdicatũ. qd denotabit vificari de illo subiecto cum mõ necessitatis.Et tũc est falsa. Qd pz arguẽdo sic. oẽ qd ẽ qñ est rc. Sortes est qñ est.g sortes necesse est esse rc. Uel põt esse de tpali pdicato et tũc tm̃ ly quod erit subiectũ.r reliquũ pdicatũ. Et sic adhuc ẽ falsa. cuius aliqd dicãt oppositũ. Pz arguẽdo sic oẽ qd est necesse, vel de necessitate ẽ qñ est.sortes est.g sortes de necessitate ẽ qñ est.Et idẽ est iudiciũ si dicat.oẽ qd est de necessitate ẽ qñ ẽ. 3clusio aũt ẽ falsa cũ sit singularis in sensu diuiso q est falsa i sensu 3posito. vt ptz rc. Ideo pz q si illa ppositio sumat in sensu diuiso sicut de vtute sermõis 3z sumi: et ly qñ stet aduerbialit sicut cõiter solet accipi tũc ipsa est simplr falsa. Si vo ly qñ stet 3ditionalit vel põt eẽ 3ditiõalis vel de 3ditiõali extremo. Si pmo mõ vt ly necesse põt denotare 3ñam eẽ necessariam.r tũc est va q2 ista ẽ necessaria.oẽ qd est si ẽ ipz est. Uel põt denotare necessitatẽ 3ñtis. r est sensus q si aliqd ẽ qdcũq3 illud sit ipm de necessitate est.r sic est falsa. Si vo sit de 3ditiõali subiecto etiaz falsa ẽ.q2 denotat q de quocũq3 dr hoc subiectũ ens qd est si ẽ dr hoc vbũ est mõ necessitatis.r sic ẽ falsa. vt ptz rc. Si aũt sit de 3ditionali pdicato tũc est va q2 denotat q de quocũq3 dicit hoc subiectũ ens qd ẽ dicat hoc pdicatũ est si est cum mõ necessitatis.r hoc est veruz. q2 quocũq3 qd est demonstrato verũ est dicere.hoc de necessitate est si est. Ex qua non sequitur ergo hoc de necessitate est. sed ẽ fallacia scdm quid ad simpliciter. Et istũ sensum voluit phus vel pmũ rc. Ex hoc pz q cuius

aliqua res ꝯtingens que est in aliquo instāti de necessitate sit in illo instāti sꝫ ē in illo instāti. nō tn̄ de necessitate ē in illo istā ti sꝫ cōtingenter. Et hoc ē verū vt illa ē ꝓpositio de ꝯditionali p̄dicato ⁊ nō ꝯditiōalis. quare ⁊c.

3. q̄stio. ¶ Tertia dubitatio ē. Utrū sicut futuꝝ ꝯtingēs pōt nō fore ⁊ aliqd qḋ erit qn̄ erit pōt nō eē. sic p̄teritū possit nō fuisse. ita q̄ sicut ꝯcessa est ꝯtingētia respectu futuroꝝ/⁊ respectu p̄ntiū etiā ꝯcedenda sit respectu p̄teritoꝝ Et hec est difficilis dubitatio.

1. opinio ¶ Unde circa hoc sunt diuersimodi dicendi. Nā quidā antiq̄ doctores cōcesserūt q̄ p̄teritū p diuinā potentiā pōt non fuisse/ sicut Gilbertus porretan⁹ vt ptꝫ in cōmento suo sup lib. de trini. Boetij. et similiter Guillermus alti .in summa sua. lib. i. tractatu de potētia dei. art. vi. Aliqui etiā moderni doctores idem tenent ⁊ dicunt q̄ sicut aliquādo fuit veruꝫ adam nō fuisse. et per ꝯn̄s tūc nō includebat cōtradictionē aliquā ⁊c. ergo nec similiter nūc includit ꝯtradictionē: nec ad hoc sequit̄ p̄mū principiū nō esse verū plusq̄ ad antixp̄m nonfore. quare ⁊c.

2. opinio Aliqui autē ad vtrāq̄ partē adducunt rationes: ⁊ nullā audēt asserere sed vtrāq̄ relinquunt tanq̄ disputabilem. sicut magr̄ Grego. ⁊c.

3. opinio. ¶ Aliq̄ aūt sicut Ockā ⁊ plures alij tenēt partē negatiuā. et ista cōmuniter tenetur. Sꝫ circa istam materiam sine temeraria assertione ponam aliquas propositiōes. ¶ Prima ē hec q̄ cōcessa cōtingētia respectu futuroꝝ: ⁊ circūscriptis auctoritatibus si q̄ sint scripture/vel doctorū. nō pōt cōuinci per rōnes in lumine naturali quin etiā cōcedenda sit hmōi ꝯtingētia respectu p̄teritoꝝ. ¶ Probat̄ p̄mo. q: nulla ratio (q̄ tn̄ nō fundet̄ in auctoritate) sit ꝓ impugnanda parte ista qui eque apparēs fieret ꝓ ipugnāda futuroꝝ ꝯtigētia. igitur ⁊c. ꝯn̄a ē clara. ⁊ antecedens ptꝫ q: si sit aliqua. detur illa et ostēdet̄ faciliter propositum ⁊c. sicut etiā patebit. Cōfirmatur q: ꝯcedendo futurorum ꝯtingentiā ꝯcedendū est q̄ illud quod fuit verum potest nunq̄ fuisse veruꝫ: vt patet ex dictis: ⁊ ita faciliter sustineretur q̄ illud quod fuit potest nō fuisse. quia nō apparet ratio diuersitatis. pbatio.i

Similiter oportet concedere q̄ hec est possibilis. quod erit contingenter non erit ꝯtīgēter: vt ptꝫ ⁊c. sed ita faciliter sustineret̄ q̄ hec est possibilis: qḋ fuit contingēter non fuit ꝯtingenter ⁊c. ¶ Similiter oportet concedere ad saluandā contingentiā futuroꝝ q̄ deus aliquid ab eterno sciuit/⁊ voluit qḋ potest nunq̄ sciuisse aut voluisse. vt post patebit. imo aliqui concedūt q̄ aliqua noticia vl' volitio creata (scꝫ aīe xp̄i) fuit noticia vl' volitio respectu alicuius obiecti. ⁊ potest eē q̄ nunq̄ fuit volitio respectu illius obiecti et hoc ad saluandum noticiam anime christi esse infallibilem: et eius volitionem infrustrabilem. sed de hoc alias Constat autē q̄ ita faciliter sustineretur hoc esse possibile de alijs rebus contingenter factis aut preteritis vt ptꝫ. quare ⁊c.

¶ Secundo ad idem sic. quia si ij. pbat.

deus nõ posset velle modo mundum non fuisse. igit eēt mutata ei⁹ potētia. Et si de⁹ respectu hu ius qḋ est velle mūdū nō fuisse. habuit aliqñ libertatē ɔtradicti onis ⁊ tūc non hȝ. ei⁹ libertas vi det eē mutata. qa habuit prius potentiam et libertatē ad hoc ⁊ nunc non haberet. q̄re ⁊c. Confirmatur. quia mūdum nō fuisse aliquādo fuit obiectum diuine volūtatis. sed nec ex parte volūtatis diuine cum sit omnipotēs nec ex parte obiecti (cū sit eodē modo se habens nunc et prius) nō est defectus. quare nunc nō posset esse obiectū diuine volūtatis sicut prius. quare ⁊c. Similis modus arguendi valet in materia. sicut si visus potuit aliquando videre. a. et nūc non pt vel est defectus ex parte poten-

3. pbatio tie/vel obiecti ¶ Tertio sic si respectu hui⁹ quod est mundū nō fuisse voluntas dei aliqñ fuit libera ⁊ nunc non ē quero que sit causa huius necessitatis scilicet quare voluntas diuina necessitatur ad volēdū mundū fuisse/ nec potest velle mundū nō fuisse ⁊ constat ꝙ nō potest assignari causa nisi obiecti existētia. ergo res extra/vł p̄teritio rei necessitaret volūtatē dei. quod est absurdū. quia aduent⁹ rei non necessitat voluntatē nostram ergo nec per ɔñs voluntatē diuinam Antecedens apparet. qr possumus de re que fuit velle ipsam nō fuisse. sicut patȝ de penitente Igitur ⁊c. Confirmatur. qa futuritio rei nō necessitat volūtatem dei ad volendum rem eē futuram. ergo nec p̄teritio. ⁊c. ad volendū rem eē preteritam. añs

ptȝ. ⁊ ɔña tenet. qr non videt rō diuersitatis ⁊c. ¶ Quarto ad hoc 4. pba. posset adduci auctoritates: vna est Aug. xxvi. ɔtra Faustū tam non possunt futura non fieri. q̄ȝ non fuisse facta p̄terita sed p̄mū non est absolute impossibile. igitur nec scđm. Alias rōnes ⁊ auctoritates nō induco qa iste michi videnṫ sufficere ⁊c. ¶ Scđa A ꝓpō est ꝙ est nobis euidēs: nec naturaliter demōstrabile. qḋ p̄teritū pōt nō fuisse. ptȝ hoc nō ē nisi cū magna difficultate ymaginabile / ⁊ ē remotū a naturali lumine. Uñ oēs philosophi hoc negauerūt sicut pȝ de Aristo. i. periarme. ⁊ vi. ethi. vbi ipse commendat illud dictū agathonis. hoc solo priuaṫ de⁹ ingenita facere que vtiq̄ȝ facta sunt. Tertia est ꝙ non est nobis euidens nec naturaliter demonstrabile ꝙ aliquod futuꝝ potest nō fore ptȝ. quia in naturali lumine ita faciliter / vel nō magis difficulter sustineretur ꝙ preteritū potest nō fuisse sicut ꝙ futuꝝ pōt nō fore patet ex dictis. ergo si p̄mum nō est euidens nec euidenter demōstrabile in naturali lumine vt dictū est. sequitur ꝙ nec scđm. sed solum tenendum est fide ⁊c. ¶ Quarta est ꝙ philosoph⁹ B sequēs purā rationem naturalem habere concedere nullū futurū contingenter euenire. patȝ ex p̄dictis. qr hoc facili⁹ sustineretur q̄ȝ oppositū. imo talis sustinēs oppositū hȝ ɔsequēter dicere ꝙ p̄teritū pōt non fuisse. qḋ nullus sequēs rōnē naturalē ɔ̄ȝ ɔcedere. q̄re ⁊c. Uñ ptȝ ꝙ Arist. nō ɔ̄nr locutus est concedendo contingentiā futuroꝝ. ⁊ negan-

do cōtingētiā preteritorū. q2 ita faciliter sustinet̄ s3 sicut primū. Imo naturalit̄ loquēdo scdm seq̄tur ad primū rc. ¶ S3 cōtra pdicta pbat̄ q mūdus p potentiā diuinā nō pōt nō fuisse primo sic. pura priuatio vl' purū nō ens nō pōt esse obiectū potētie diuine/ nisi fm q ipm respicit aliqd ens vel sequit̄ ad positionē vel destructionē alicui⁹ entis Qd ptz sic. q2 ponat̄ exēpli grā q deus adhuc nichil fecisset tūc de⁹ non posset eē causa q nihil foret. q̄a si p imaginationē de⁹ nō eēt adhuc nichil foret. ḡ nichil fore nō est obiectū alicui⁹ potentie vel cause. S3 mūdū nō fuisse est pura priuatio que nō sequit̄ positionem aut priuationē alicuius entis. q2 q̄cq̄d crearet̄ a deo vl' q̄cq̄d annichilaretur a deo. adhuc staret mūdū fuisse. ḡ mūdum nō fuisse nō pōt esse obiectū diuine potētie. r sic de alijs p̄teritis. rc. ¶ Scdo sic rc. posset consimiliter facere nichil fuisse: nihil futurū eē nihil eē p̄ter se. r hoc nō posset facere p aliquā mutationem. q2 nulla esset in isto casu. r sic sine oī mutatiōe p̄ntia/p̄terita/vl' futura posset sic facere. s3 hoc cōns ē incōueniēs. q2 sic posset de⁹ facere de patre meo esse non patrem meum. r de albo nigrum sine mutatiōe. imo adhuc posset pducere q̄nlib3 creaturam/vl' ab eterno pduxisse sine mutatione. ¶ Tertio sic si rc. seq̄t̄ q deus necessario esset causa sine factor ad extra. q2 nō posset eē q̄n esset causa habitus vel sue priuatiōis ex quo posset causa esse nō entis rc. ¶ Quarto p ista ptesūt auctoritates. ¶ Prima est Hiero. ad Eustoc. Audacter dicā cū oīa possit. de⁹ suscitare nō pōt v̄ginē post ruinā id est nō pōt facere corruptā nō fuisse corruptā. ¶ Scda ē Augustini. xxvi. cōtra Faustū. q̄sq̄s dt si oīpotēs est de⁹ faciat vt q̄ facta sunt nō fuerint. nō videt hoc se dicere si oīpotēs est de⁹ faciat vt q̄ vera sūt. ex eo q vera sunt. falsa sint. Et subdit q sententiā q̄ dicim⁹ aliquid fuisse si vera ē de⁹ eā falsa3 facere nō pōt. quia non ē ɔtrarius veritati. ¶ Tertia est anselmi. de ɔcordia grē et liberi arbitrij. c. iiij. vbi ē expressa eius sentētia rc. Et lic3 rationes r auctoritates possent multiplicari. tñ iste sufficiant. q2 his solutis ptz solutio ad oēs alias Patet etiā q auctoritates non sūt contra dicta. q2 prima ɔclusio excludit auctoritates. Tres aūt rationes prime possent oīno similit̄ fieri ɔtra contingentiā futurorū rc. sed nihilominus dicā ad ista. ¶ Ad primā dico primo q mere p̄teritū non magis est ens q̄ antixp̄m nō fore. iō ɔsimilt̄ ratio posset fieri d' futuro sicut fit de preterito. quare rc. ¶ Secūdo dico q de v̄tute s̄monis hec est falsa de⁹ potest facere rem q̄ fuit nō fuisse. Et eodem mō ista de⁹ pōt facere rem q̄ erit non fore. quia ista est impossibilis(pter implicationē) de⁹ facit rem que fuit nō fuisse. r sic ista deus facit rem que erit non fore. et sic iste sūt false deus pōt facere mūdum qui fuit non fuisse. de⁹ pōt facere antichristū qui erit nō fore. Et ita posset dici de istis de⁹ potest facere p̄teritum nō fuisse vel deus potest facere futurum

Marginalia: C — i. arguit — ij. ar. — iij. arg. — iiij. arg. — D — Ad primū

non fore ꝛc. ¶ Tertio dico ꝙ ta-
A les ꝓpões in sensu diuiso ꝓba-
bilr̄ põt ꝯcedi. rez ꝙ fuit. vel rem
p̄teritã deus põt facere nõ fuisse
rem q̄ erit vel rē futurã de⁹ põt
facere nõ fore. ꝛ ꝯsimilis ratio vi
det de istis. Et simĺr iste in sẽsu
ꝯposito de⁹ põt facere mũdũ: vĺ
ꝗdã nõ fuisse. deus põt facere an
tixp̄m: vel vltimũ iudiciũ nõ fo-
re. Et hoc est verũ tenendo opi-
nionē. Brand. q̄ tenet ꝙ sicut de
us p suuz velle ē cã rei q̄ ē vt sit.
ita p nolle e. t cã ꝗ illud quod nõ
ẽst non sit. Et sic de illo quod nõ
fuit: vel non erit: vel non potest
eẽ. sic em̄ ꝯcedi ꝙ de⁹ est cã nega
tionum p̄uationum: non entiũ: ꝛ
impossibiliũ. Sz sic loquẽdo pz
ꝙ deus non posset facere aliqd
non fuisse. et hoc positiue aliqd
faciendo sed negatiue non ꝓdu-
cendo ipsũ in p̄terito: hoc est ĉa
põt ipsũ nõ ꝓduxisse. ¶ Quarto
B dico ꝙ ꝓbabiliter põt ꝯcedi ꝙ i
telligendo p obiectũ diuine po-
tentie illud cuius deus est aut es
se põt causa. purum non ens vel
negatio est obiectum potẽtie di
uine. ꝛ hoc est verũ tenẽdo cõtra
Brand. ꝙ deus nõ est cã nisi per
velle bñplaciti quo vult aliquid
esse: vel fieri. Et sic non ē: vel esse
põt causa nisi illi⁹ quod est: vĺ es
se põt entitas positiua. Sed sic
loquendo patz ꝙ deus non pos-
set facere p̄teritũ seu rem aliquã
non fuisse: vel nõ fore vel non es-
se capiendo facere proprie prout
idem est quod causare effectiue
ꝛc. Nec tamen ꝓpter hoc sequi-
tur quin p̄teritum possit nõ fuis
se sicut futurum etiã potest non
C fore ꝛc. ¶ Ad scdaz rationẽ dico
Ad scdaz ꝙ tenẽdo viã Brand. supra tactã

põt ꝯcedi ꝯñs fm quẽ modũ vi-
det loqui Augustinus qñ d̃r. ꝙ
res quas ꝯdidit p̄usq̃ fuerit. de-
us egit vt nõ esset. Et sic nõ seq̄r
si deus nõ eẽt nichil esset. ꝗ deus
nõ est cã vt nichil sit. i. aliud a se.
Quia etiã si deus non fuisset res
antequam fuerunt condite non
fuissent ꝛ tamen fm Augustinuz
deus fuit causa ꝙ prius non fue
rint. ꝛ hoc quia ipse potuit pri⁹
producere ꝛ non produxit: et sic
hoc intelligitur per fuisse causã
illo nõ ꝛc. Sed ad illud quod vl
terius infertur. consequentia il-
la ꝛc. Unde licet albũ non posset
facere deus eẽ nigrum postquã
fuit album sine illius mutatiõe:
possz tamen illud facere nigrum
sine mutatione. quia posset face
re illud nunq̃ fuisse album: ꝛ sẽ-
per fuisse nigrũ ꝛc. Et sic de aliis
exẽplis suo modo. Et potest po
ni bonum exemplum ad propo-
situm declarandum. quia possi
bile est antixp̄m nunq̃ fuisse fu-
turum: ꝛ istud cõpletum antiq̃
erit nunq̃ fuisse veruz. ꝛ sic capi
endo large facere fm viam predi
ctam de⁹ potest facere antichri-
stum nunq̃ fuisse futurum. qui
tamẽ fuit: ꝛ est futurus. ꝛ potest
facere illud verũ nunq̃ fuisse ve-
rum: quod tamen fuit verum: et
sine mutatiõe: ꝛ sine aliqua rea
li seu positiua factione ꝛc. ¶ Ad D
tertiã dico ꝙ tenẽdo opinionem Ad t'tiã.
brand. supradictã potest conce-
di ꝙ licz deus non sit necessario
causa: vel factor alicuius entis
positiui. tamẽ ipse est necessario
cã vel factor ad extra scilicet hu-
ius rei vel sue priuationis vel
non esse sui. cuius nullius par-
tis sit necessario cã: vel factor ꝛc.

Sed tenendo aliam viam patet quid dicendum. Que aūt istarū sit tenenda post patebit. ¶ Ad quartā dico q̄ auctoritates nō sūt cōtra dicta. q: fuerūt exclusiue in propositione p̄ma ꝛc. Sed adhuc possunt solui dicēdo. q̄ itelligūt de potētia ordiata ꝛ posset declarari: s3 transeo ꝛc. ¶ Si vero q̄raẗ cū ita faciliṫ sustinetur p̄teritū posse nō fuisse sicut futurum posse non fore. quare ergo facilius imaginamur secundum quā p̄mum. secundū eni commu niter recipiẗ: ꝛ conceditur: ꝛ non primum. Dico q̄ causa est. quia per experientiam euidenter: et clare cognoscimus aliquod preteritum fuisse ꝛ idem iudiciu3 reputamus de quolibet preterito quo ad posse non fuisse. sed p experientiam non sic clare cognoscimus aliquod futurum fore. iō facilius imaginamur illud posse non fore. q̄ illud posse non fuisse de quo experimur ipsum fuisse: et hec maxime quando non aduertimus difficultatem sustinendi aliquod futurum cōtingēter euenire seu posse non fore. Unde aduertens difficultatem in sustinendo talem contingentiam futurā ita difficulter imaginamur vnum sicut reliquum: vt pat3 ex predictis ꝛc. ¶ Ex omnibus precedentibus apparet respōsio ad formam primi articuli scilicet q̄ deus est prescientia verorum cōtingentium. quia aliqua sunt vera contingentia. et inter illa aliq̄ sunt de futuro / siue de re futura Igitur deus respectu talium verorum contingentium est prescientia. Attendens patet ex dictis et consequentia tenet. quia sicut de⁹ respectu oīm veroꝝ est sciā. sic respectu veroꝝ de futuro ip̄e dr̄ p̄scientia vt patebit in scd̄o articulo. Et hec de p̄mo articulo.

E Ad q̄rtā.

F

Seq̄tur secūd⁹ articul⁹. ¶ Quātum ad s̄m articulum in quo videndum est vtrum deus sit scientia omniū cognoscibiliu3. ¶ Primo videbitur: vtrū de⁹ sit scientia omniū rerū existentiū. ¶ Secundo videbiẗ vtrum deus sit p̄scientia omniū futuroꝝ contingentium. ¶ Tertio videbiẗ vtrū deus sit scientia omniū veritatum enūciabiliū. Tribus pūctis apparebit solutio plurium difficultatum circa materia3 de scientia dei ꝛc. ¶ Quantum ad primum punctū opinio Auerroys ꝛ fm aliquos etiā Aristot. fuit q̄ de⁹ nichil aliud a se intelligit. Unde ij. metha. ponit tres cōclusiones circa intellectionē dei. Quarum prima est q̄ deus est substantia intellectualiṡ ꝛ p actu intelligēs. ¶ Secūda est q̄ sua sb̄a est sua itellectio. ¶ Tertia est q̄ deus nichil aliud intelligit preter seipsū Due autem prime conclusiones sunt vere ꝛ pro nunc supponende. Sed tertia est falsa et siue illa fuerit de intentione Aristotelis siue non. tn̄ fuit opinio sui cōmentatoris qui illam probat multipliciter. sed pure moraliter: ꝛ inefficaciter ꝛc. Ideo pono contra hoc aliquas propositiones.

G ij. artic.

auerrois Impro:

¶ Prima est q̄ probabile est in naturali rōne q̄ de⁹ cognoscit aliō a se probatur. quia sic probabile est deū intelligere. igiẗ etiā pbabile est ipsū intelligere aliud a se. añs pat3 ex p̄ma cōclusione phi. sed consequentia tenet p eandem rōnem p quā pbaẗ illa ꝯclusio

H Improbaẗ p̄dicta op.

a pho.q: de⁹ est ens oim nobilissimū. hoc eñ intelligim⁹ nomie dei. hoc aūt nō eēt si nō eēt subā intellectualis: ⁊ semp actu intelligens. Eodē mō pbatur φ ip se cognoscat alia a se. q: sicut magis pfecta iudicam⁹ cognoscibilia nō cognoscibilib⁹: sic etiā pfectiora ꝯcludim⁹ eē magis cognoscibilia min⁹ cognoscibilib⁹. sic eñ virtutes p quas plura cognoscim⁹ iudicam⁹ eē digniores. Unī dicit aristo. in proe. metha. Sensum visus pre alijs diligimus: q: plures rerum differētias nobis ostendit. Igitur cum de⁹ sit omnium nobilissimū: ⁊ ei⁹ nobilitatem nō possum⁹ nisi ex his q̄ nobis ⁊ in nobis nota sunt inferre sequit̄ φ naturaliter debem⁹ cōcludere ipm plures rez differētias cogñcere ⁊ p ꝯñs alia a se. Multas rōnes alias facit Grez. ad hoc pbandū: sed ista mihi sufficit et debet sufficere. ¶ Secunda ppositio est φ nō est euidēs in naturali lumine nec demonstrabile naturali ratione φ de⁹ cognoscit alia a se: patz: q: sicut dictū fuit in. q. de vnitate dei nō est sic euidens nec euidēter demonstrabile deum eē igitur ⁊c. imo dico vltra φ ista conditionalis non est euidenter euidēs vel euidenter demonstrabilis. Si deus eēt deus cognosceret aliū a se. patet: q: licet in deo sit perfectiōis cognoscere se: nō tn cognoscere aliū a se. Nec oportet φ ppter sue pfectōis excellētiā ponat̄ cognoscere aliud a se: q: cognoscendo se cognoscit obiectū nobilissimū: ⁊ equiualēs obiectis omnibus ⁊ cognoscit se pfectissime: ⁊ hoc sufficit vt eius cognitio sit pfectissima: ⁊ ipe cognoscens pfectissimū. dicenti eñ sic non pōt oppositū euidēter pbari ⁊c. Unde rōnes magistri Grego. quas facit in pposito nō sūt demōstratiue sicut posset osten di faciliter etiā ex ꝑus dictis in. q. preallegata: sed trāseo: q: hoc magis ē philosophicū q̄ȝ theologicū ⁊c. ¶ Tertia ppō est φ de⁹ in sua eēntia penit⁹ idistīcta non cōfuse sed distincte repsentat oīa existētia / omnes ptes cōtinui ⁊ infinitos numeros. ideo ꝯcedit Augusti. xij. de ciui. dei. c. xviij. deū itelligere nūeros infinitos. Et istō siue sit euidēs: siue pbabile naturalit̄ / siue nō: tamē firmiter est credēdū. ¶ Quarta propositio est φ deus sine diuina eēntia intuitiue cognoscit non solū existentia sed etiā oīa possibilia. pbat̄: q: cum de⁹ cognoscat oīa cognoscibilia vt patz ex dictis: q: non eēt ratio quare aliqua ⁊ aliqua nō: vel ergo abstractiue / vel intuitiue: sed quia non abstractiue patet: q: quodlibet cognoscit immediate ⁊ non per aliquod medium cognitum medians inter cognitionem et rem cognitam: quoniam nullū tale medium est possibile: q: non creatura / vt constat: nec diuinitas ipsa cum ex natura rei ipsa nullo mō sit distincta a dei notitia ⁊c. ¶ Si vero dicatur cōtra in tertia propositione concessū est φ deus in sua essētia cognoscit ⁊c. et est commune dictū q: in diuina essentia velut in speculo relucet et representantur omnia et per consequens deus non immediate intuetur creaturas: sed mediante sua essentia et

Margin notes: A (beside "da ppositio est"); B (beside "logicū ⁊c. ¶ Tertia"); C (beside "ue pbabile naturalit̄"); Instāti. (beside "cia ⁊c. ¶ Si vero")

D per ꝯñs abstractiue ꝛc. ¶ Respō
Solutio deo ꝙ nō est intelligendū ꝙ de⁹ cognoscat res in sua eēntia nisi ad istū sensum ꝙ ei⁹ eēntia ē omniū rerū noticia. Quod aūt additur de speculo ꝛ relucentia. ꝛc. Si intelligatur ꝙ eēntia diuina repñsentet intellectui diuino sic ꝙ ei⁹ intellectio imediate feraꝛ in eēntiam diuinā ꝛ mediate illa in obiecta repñsentata illud dictum eēe est fām. Nā intellectus diuinus: intellectio: ꝛ eēntia diuina sunt penit⁹ idistincta ꝛ oībus modis idem: quib⁹
G eēntia sibiipsi. ¶ Et sic ꝓprie loquendo nec essentia representat intellectui: nec intellectus / aut intellectio repñsentat essentie. sed tam eēntia ꝙ̄ intellectus est immediate noticia sui ꝛ alioꝝ: ideo illud dictū debet itelligi vel ad sensum iā dictū: vel referēdo ipsum ad intellectū creatum ita ꝙ eēntia diuina dicatur speculum repñsentatiuū creaturarū ipi intellectui creato ꝛc. Et lȝ difficile sit ista imaginari: tñ firmiter debēt credi ꝛc. Ex p̄dictis sequūtur aliqua. ¶ Primo sequiꝛ ꝙ licet sciamus oēm denoīationem ꝑfectionis simpliciter deo cōuenire: tamē aliquā denoīationeȝ ꝑfectiōis simpliciter nescimus euidēter deo conuenire. Prima pars ptȝ: qꝛ scimus istā oīs perfectio simpliciter deo conuenit Et hoc ex suppositōe si deus sit qꝛ per deū intelligim⁹ ens simpliciter ꝑfectissimum. Scda pars ptȝ: qꝛ cognoscere distincte ꝛ intuitiue oīa est denoīatio ꝑfectionis simpliciter. vt ptȝ ex dictis. et tamen nescimus euidenter ipsam conuenire ꝛc. ¶ Secundo sequitur ꝙ diuino intellectui nichil est / vel eē potest ratio cognoscendi: patet ex imediate dictis. ¶ Tertio seqt̄ur ꝙ diuin⁹ intellect⁹ nō ꝑ pri⁹ itelligit suā essentiā ꝙ̄ creaturā ꝛc. ¶ Quarto seq̄tur ꝙ diuin⁹ intellect⁹ nō per terti⁹ cognoscit suā eēntiā ꝙ̄ creaturā ista patet ꝛc. ¶ Quantum ad scdm punctū in quo videndū est vtrū de⁹ sit presciētia oīm futuroꝝ cōtingentiū. Sciēdū ē ꝙ futuroꝝ cōtingētiū quedā sunt incōplexe significabilia / ꝛ talia sunt entitates possibiles: q̄ aliquādo erūt in actualiter existentes: quedā vero sunt cōplexe significabilia sm aliquos: sed magis ꝓprie loquēdo dicuntur cōplexe significabilia. Primo modo dicimus ꝙ antixp̄s est futurus. Sȝ secūdo modo dicim⁹ ꝙ futurū est ꝙ xp̄s iudicabit mūdū id est. est futurū ꝙ talis ꝓpositio sit vera xp̄s iudicat mudū. Prima futura vocabo semꝑ inferius res futuras. Secunda vo vocabo enūciabilia futura vt loquamur breuius. Tunc iuxta hoc ponā aliquas ꝓpositiones ¶ Prima est ꝙ deus est presciētia oīm rerū futuraruȝ. ꝓbaꝛ qꝛ deus distincte cognoscit omnes res possibiles. igitur p̄scit oēs futuras res: consequētia tenet: qꝛ deum prescire nō est aliud ꝙ̄ euidenter cognoscere res futuras. Et antecedens ptȝ ex prius dictis ꝛ ꝓbatur: qꝛ cum deus sit prima causa nichil potest ꝓduci ipso nō cōproducēte: ipē aūt nobilissime ꝓducit scȝ per intellectū et voluntatē vt supponitur et satis ptȝ: quia alias nō eēt ratio quare vnum eiusdē rationis

produceret magis: vel prius q̄ aliud. sicut istū calorē pl⁹ q̄ aliū eiusdē rōnis: nisi determinatio fieret a causa cognoscēte ꝛc. Et istud expresse est determinatio Augustini sup Genesim ad litteram. c. xv. dicentis. His atq̄ h̄mōi testiōnijs. s. scripture ꝓbatur q̄ hec oīa prius q̄ fuerit erāt in noticia faciētis. Et idē determinat pluribꝰ locis ꝛc. ❡ Scda

A ꝑpō est q̄ deꝰ est p̄scientia oīm enūciabiliū futurorū. ꝓbat̄ q̄a deus p̄scit multa enūciabilia futura: ergo ꝛ oīa. ↄ̄sequētia tenet q: ex quo nō est repugnātia de aliquibus: et ipse habet intelligentiā infinitā: seq̄tur q̄ nec de omnibus ꝛc. Et istud aн̄s patet q: mł̄ta reuelauit deus futura sicut resurrectionē mortuorum. vltimū iudiciū ꝛc. ꝛ blasphemū est dicere q̄ aliqua reuelauit: ꝛ que sint illa nesciuit. Et istud ē expressum in scriptura Joh. vi. Sciebat em̄ ab initio iesus quis traditurꝰ eēt eū ꝛc. Et ibid. xviij. Jesus sciens oīa que ventura erāt super eū. Itē Augusti. xv. de trini. ca. xiij. allegans verbū xp̄i Math. vi. dicit. Nouit (ait v̄bū dei) pater vester quid vobis necessariū sit priusq̄ petatis ab eo. nec ista ex aliquo tēpore cognouit. Item. v. de ciuitate dei cap̄. ix. determinat q̄ nephas est deum eē presciū futurorū negare: ꝛ libro. i. contra Maximū dicit q̄ est insania. ❡ Ex his patz

B manifeste q̄ periculosa est et fidei contraria opinio Aureoli q̄ dicit q̄ hec est falsa. deus scit q̄ aliquid est futurū. Et ista. deus scit q̄ antichristus erit: ꝛ similes omnes q̄bus significatur deum determiate scire aliqua futura. cuiꝰ rationē assignat q: talis ꝓpositio de futuro ↄ̄tingēti non est determiate vera: ꝛ p ↄ̄ns nec determiate scita. Et ideo dicit q̄ ista est impropria: deꝰ scit q̄d est futurū: q: nichil est determiate futurū: sed tantū sub disiunctione hoc / vel illō: ꝛ sic etiā deꝰ scit hoc / vel illō. siue q̄ affirmatio / vel negatio ē futura: sed desmiate nescit q̄ affirmatio sit futura. q: nō est determiate futura. deꝰ autē nō pōt scire q̄ nō ꝛc. Unde constat hec eē contra scripturā / et intentionem sanctorum. ❡ Qui autē dicit non eē determiate verum: vel determinate falsum q̄d futurū erit: etiā falsum est vt pz ex primo articulo. Quando aūt dicit q̄ scit sub distinctione hoc vel illud q̄uis hoc sit verum: tamen hoc nō sufficit: q: etiaz hoc ego scio ꝛc. Tertia ꝑpositio est q̄ deus est infallibilis scientia immutabiliter cognoscens oīa entia futura. ptz satis ex predictis. ❡ Quarta est q̄ deus est in- C fallibilis scientia certitudinaliter cognoscēs omīa enūciabilia futura. ptz etiā ex p̄dictis. Sed quomō hoc sit est questio mł̄tū difficilis. ❡ Nā esto q̄ deus cognoscat petrū possibilem / ꝛ albedinem possibilē adhuc cuz sit possibile absolute petrum fore album. ꝛ etiā possibile ipm̄ non fore album: difficile est videre quomodo deus certitudinaliter nouit q̄ determiate petrus erit albus / aut determinate q̄ non erit. Et circa hoc diuerse sunt opiniones. ❡ Quidam em̄ dixerunt q̄ deus hz penes se ydeas que non solum rep̄sentant sim-

Margin: Ↄ aureolum. — Questio — i. op. quā vr̄ tenere aureolus.

plicea terminos: sed etiam complexiones verorum cum omnibus circumstantiis temporis et loci. et sic novit determinate singularia etc. ¶ Sed contra hoc arguit Scotus primo quia rationes cognoscendi terminos alicuius complexi non sufficienter causant noticiam illius nisi illud natum sit cognosci ex terminis. sed complexum contingens non est tale quia tunc esset immediatum. Igitur etc. Secundo quia eodem modo ydee sunt possibilium non futurorum: ergo ydea futuri non magis representant ipsum determinate futurum quam ydea possibilis non futuri. Tertio quia ydea futuri non representat futurum ponendo ipsum esse in hoc nunc magis quam in illos. Igitur etc. Verum est quod Aureolus dicit has rationes non esse efficaces contra opinionem illam. sed de hoc non curo. quia sive sic sit, sive non: tamen ista opinio falsa est. quia ponit ydeas esse intellectui media, vel rationes cognoscendi creaturas cum tamen nichil tale sit ponendum. ut supra dictum est. ¶ Aliter ergo dicit scotus. et hoc potest salvari dupliciter. Uno modo quod intellectus divinus videndo determinationem voluntatis divine videt aliquid fore pro a. et scit etiam illam voluntatem esse immutabilem et non impedibilem. Quare etc. Vel alio modo quia iste videtur ponere quendam discursum in intellectu divino quasi ex intentione determinationis voluntatis et immutabilis eius concludit hoc fore. ideo potest poni quod intellectus divinus aut offert simplicia quorum unio est contingens in re, aut si offert complexionem offert sicut sibi neutram: et voluntas eligens unam partem scilicet coniunctionem illorum pro aliquo nunc in re facit illud esse determinate verum. hoc erit per a. Hac autem existente determinate vera essentia est ratio intellectui divino cognoscendi illud verum. ita quod secundum eum in primo instanti quo talia complexa contingentia offeruntur per intellectum non sunt vera. quia tunc nichil est per quod habeant veritatem determinatam. posita autem determinatione voluntatis divine iam sunt vera in secundo instanti. et tunc sunt cognita et fuissent etiam cognita in primo instanti si tunc fuissent vera. ¶ Sed ista positio non est intelligibilis. Primo quia talia instantia, et prioritatem et posterioritatem esse in deo non est verum. sicut alias tactum fuit. Secundo quia impossibile est quod pro aliquo instanti talis complexio de futuro sit neutra alias pro tunc daretur medium in contradictione. Tertio hec opinio deficit sicut prima. quia ponit aliquid esse medium et rationem cognoscendi intellectui divino, et specialiter in hoc quod dicit voluntatem seu voluntatis determinationem esse rationem cognoscendi quia si per impossibile deus non esset volens: tamen esset intelligens. et sicut futura essent futura sic propter excellentiam sue intelligentie certissime cognosceret futura etc. ¶ Ideo aliter dicunt aliqui quod modus ille quo deus cuncta futura certitudinaliter precognoscit non est nobis clare intelligibilis: nec a nobis perfecte explicabilis, ut statim post patet. tamen nobis est aliqualiter cognoscibilis ex his que videmus in nobis. Unde sicut ea que nostris oculis sunt presentia intuitive videmus: et per huiusmodi intui-

Improbatur predicta opinio.

D ex. scoti

E Improbatur opinio scoti.

F Alia opinio.

tionem certe iudicamus vbi et q̄liter res visa existit: et plures alias contingentes veritates de p̄senti. sic intellectualis: et etern⁹ oculus dei ē q̄dā intuitio q̄ imediate sup quēlibꝫ rem actualiter: vel potentialiter existentē simul fertur nō tam circa futura: q̄ꝫ circa p̄sentia vel preterita oim contingentiū veritatū certum/ et distinctum ac verissimum habꝫ iudicium et ipsa diuina intuitio ē tale imēsū iudiciuꝫ. Un̄ ista ē intentio Damas. lib.i. cap.xlii. Et Augustini.xv. de trini. capitulo.xii. Et Boecii.v. de consolatione. et plurium doctorū ec.

A ¶ Quantuꝫ ad tertiuꝫ punctum in q̄ videndum est vtrum deus sit scientia omnium verorum enunciabilium difficultas est. quia si sic sequitur q̄ deus possit plura: vel pauciora scire q̄ꝫ scit ec. Nā aliquid scit qđ potest non scire: et aliquid nō scit quod potest scire: sicut aliquid ē verum quod potest non eē verū et aliquid non est veruꝫ quod potest esse verum. modo nichil scitur nisi verum. quare ec. Et tamen consequens videtur absurdum. quia si sic scientia dei esset augmētabilis vel diminuibilis. et per consequēs mutabilis. Circa hoc autē p̄mitto aliquas distinctiōes de istis terminis scientia: vel scire scdm q̄ contrahunt

B ad standū pro scientia dei. ¶ Prima est q̄ vno modo possunt accipi communiter: non quidē intelligendo hanc cōitatē scdm multitudinem pluriū per se inferiorꝫ quasi multe sint scientie dei. Nā dei scientia vnica est tantū: et simplex. sed intelligendo scdm multitudinem scitorum: et cognitorum respectu quorꝫ dr̄ dei scia: et sic gn̄alit sumēdo respectu cuiuslibet a deo noti ꝯsueuit vocari sciētia simplicis notitie siue simplex notitia. Alio mō pōt sumi sp̄alit et hoc dupliciter fm q̄ cognitorū q̄dam sunt res actuales: vel potentiales. quedam vero sunt enunciabilia que non sunt vere res: et entitas. sed distinguendo ꝑpōnes contra res que non sūt ꝑpositiones. Et fm hunc modū aliqui antiqui distinxerunt sciētiam dei in scientiam rerum et scientiam enunciabilium. Et sic accipiendo: scia reruꝫ significat diuinā essentiā fm q̄ est simplex apprehensio entitatum incōplexarū. Scia vero enunciabilium significat eandē secundum q̄ est simplex apprehensio ꝑpōnu: vel eiudēs iudicium complexorum.

¶ Secunda distinctio est q̄ primo modo adhuc pōt accipi tripliciter. Uno modo generaliter respectu cuiuslibet entitatis presentis: preterite: vel future/ aut possibilis. et sic simpliciter vocatur noticia/ aut scietia simplicis intelligentie. Scdo mō specialit eorū que sunt. fuerunt: vel futura sunt. et sic solet ab aliquib⁹ vocari scientia visionis. et a magistro dist.xxxix. simpliciter vocat scientia. Tertio modo speciali⁹ respectu futurorū tantum et sic vocatur presentia. Et eodem modo posset distingui seu distincte significari de scientia secundum q̄ est apprehensio enūciabiliū. sꝫ hoc satis patet ec.

¶ Ex his patꝫ q̄ scientia dei intuitiua est in pl⁹ siue respectu plurium q̄ꝫ scietia visiōis. Patet. quia est respectu oīm possibilium vt supra dictum

est nō autē scia visionis ꝛc. Secūdo ptꝫ ꝙ scia dei respectu pluriū est magis apphēsio ꝙ̄ iudiciū. Ptꝫ q: respectu oīm tā incōplexoꝝ ꝙ̄ cōplexoꝝ: tam veroꝝ ꝙ̄ falsorum est apphensio. sed solum respectu veroꝝ est iudiciū. vt patet ꝛc. ¶ Tertia distinctio est ꝙ terminoꝝ significantium dei scientiam: quidam signāt deum cognoscere precise: quidam vero non prepprecise signant deū cognoscere. sꝫ vltra hoc etiā diligere: vel circa aliud operari. vel facturum esse sicut sunt isti. dispositio ꝓuidentia. approbatio. reprobatio. ꝛ predestinatio ꝛc.

E

¶ His premissis ponaꝫ aliquas propositiones. primo de scientia rerum. secundo de scientia enunciabilium. Prima est ꝙ deus omnium rerum possibilium est simplex noticia siue cognitio. Patꝫ auctoritatibus scripture. Primo ad Romanos. iiij. deus vocat ea que non sunt tanꝙ̄ ea que sunt. Item Heb. iiij. oīa nuda ꝛ aperta sūt oculis eius. Item Sap. ix scit omnia ꝛ intelligit. Secunda est ꝙ deus necessario oīm rerꝫ possibiliū est simplex noticia vł cognitio. ptꝫ ex prima. aliter staret oppositū prime ꝛc. ¶ Ex his duabus seqnūtur aliqua correlaria. Primum est ꝙ nullaꝫ rem quā deus nescit pōt scire. Scdm ꝙ nullā rem quam deus scit pōt non scire. Tertiū ꝙ nō plura ꝙ̄ deus scit ipse pōt scire. nec etiam pauciora. Quartum est ꝙ nullā rem potest deus incipe. vel desinere scire: vel non scire. Ista oīa patent ex dictis capiēdo hic scire pro simplici noticia vel cognitione. Quintum est ꝙ loquendo

F

G

scdō mō de scia rerū. s. de scia visionis aliquā rē quā de⁹ non scit pōt scire. Sextū est loquēdo tertio mō de scia rerū (scꝫ de pscientia alicuius future entitatis) aliquam rem quam deus non pscit potest prescire: ꝛ simpliciter plures ꝙ̄ pscit potest prescire. Ista duo patent: quia possibile est aliquam rem que non est futura eē futuram: ꝛ simul cum hoc omnē rem que est futura manere futuram. Igitur ꝛc. Iste autem due ꝓpositiones in sensu diuiso sunt de virtute sermonis vere. iste tamē in sensu cōposito sūt false. Deus potest scire aliquaꝫ rem quā nescīuit: ꝛ plura scire ꝙ̄ sciuit. Deus potest aliquam rem prescire quā nō psciuit: vel plura prescire ꝙ̄ presciuit. Et ratio est. quia impossibile est. deus scit vel prescit aliquam rem quam non presciuit: vel deus prescit plura ꝙ̄ psciuit: sicut hec est impossibilis aliqua res est futura que non fuit futura ꝛc. ¶ Septimū correlarium est ꝙ aliquā rem quam deus presciuit potest non prescire: et pauciora ꝙ̄ deus presciuit ꝙ presciuit potest prescire: et hoc siue in sensu diuiso sicut iacet: siue in sensu composito accipitur. patꝫ quia hec ē possibilis. aliqua res que fuit futura non est futura. īmo de facto habꝫ multas singulares veras: immo tot quot sūt creature actu existentes distinguendo futurum contra pñs ꝛc. Octauum correlarium est ꝙ nullam rem de⁹ potest incipere scire: vel prescire. Ptꝫ q̄a nulla res potest incipere futura esse igit. Sꝫ q: res pōt desinere eē futura vt tactū est, iō aliquā rē pōt de⁹

H

desinere scire vel pscire: vt hic loquimur. Et sic pz de scia rerum quo ad dicendū.

A ¶ Tertia ppō pncipalis sit ista: q de⁹ oim enunciabiliū tā possibiliū q̄ꝫ impossibiliū est apprehēsio siue apprehēsiua cognitio. pz: q: cuiuslz ꝯtradictiōis de⁹ apprehēdit vtrāq̄ꝫ ptē. Quarta est q de⁹ oim enūciabiliū necessario est apprehēsio siue apprehensiua cognitio Iste due possunt probari oino sicut due prime: et ex eis omnia similia correlaria inferri. q̄a oē enūciabile est res: nec pono aliquod enunciabile qđ non sit ꝓpositio: quod sit obiectū sciētie dei sicut imaginat̄. W. Grego. Ideo oino dicendū est de sciētia apprehensiua enūciabilium sicut de simplici noticia rerum.

B ¶ Quinta propositio est q de⁹ oim veroꝝ enunciabiliū est ꝟa scientia siue verū iudiciū. patet satis ex predictis. Unde ex ista sequitur primo q deus omnium vere enunciabiliū de preterito/ vel de presenti est scientia siue noticia visionis. Secūdo sequit̄ q deus omniū vere enūciabiliū de futuro cōtingenti est presciētia/ siue noticia preuisiōis. Tertio sequitur q de⁹ respectu eoꝝ que bn̄ fiūt est sciētia approbationis. Quarto sequit̄ q de⁹ respectu eoꝝ que male fiunt ē sciētia reprobatiōis. Ista omnia satis patent ex dictis: sed duo vltima inferius patebunt magis.

C ¶ Sexta ppō est. q de⁹ oim verorum cōtingētiū nō necessario sed contingenter est ꝟa scia siue iudiciū. Patet. quia sicut talia contingēter sūt ꝟa: sic de⁹ ꝯtingēter est eoꝝ scia. siue cognitio iudiciaria: cū ipse nō possit iudicare falsū ⁊c. Unđ sequit̄ pmo q sic loquendo de sciētia enūciabiliū quo modo logici vtunt̄ communit̄ disputātes aliqđ enūciabile qđ de⁹ nō scit pōt scire: ⁊ aliq̄d qđ scit pōt nō scire. Pz. q: aliqđ enūciabile falsum pōt eē verum et aliqđ verū pōt esse falsū: igitur ⁊c. Secundo sequitur q possibile est deum aliquod enūciabile scire quod non sciuit: et silr̄ possibile ē deuꝫ aliquod nō scire quod sciuit. patet q̄a hec ē possibilis aliquod enunciabile est verū quod non fuit verum ⁊ similiter aliquod non est verum quod fuit verum. Tertio sequitur q aliquod enunciabile de⁹ potest incipere scire: et aliquod potest incipere non scire: vel desinere scire: hec tn̄ non est concedenda: deus potest incipere scire aliquod enunciabile: quia ly enunciabile destribuitur. sed si adderetur pronomē demonstratiuū dicendo de⁹ potest incipere scire hoc enunciabile aliquo demonstrato: hoc esset verū (scꝫ demōstrato illo quod potest incipere esse verum) vt patet.

¶ Quarto sequitur q nō plura q̄ꝫ deus scit. vel sciuit deus pōt scire. nec etiam pauciora. Patꝫ. quia non plura q̄ꝫ sunt vel fuerunt vera possunt esse vera: nec etiam pauciora. igitur ⁊c. Consequentia patet: et antecedens etiam. quia semper alterū enunciabiliū contradictorioꝝ est verum/ alterū nō est verū. ⁊ si vnū incipit esse verū alterum desinit esse verū. et ideo semp ē equalis numerus enūciabiliū veroꝝ. igit̄ ⁊c. Et sicut dictū est de scientia D

psoꝝ enunciabiliū pōt dici de prescientia cū nō sit aliud pscire ꝙ̄ scire verū de futuro ⁊c. Ex pdictis ergo patet quod deus ē scientia oīum veroꝝ enunciabiliū. nec tñ sequitur ꝙ eius scientia sit mutabilis: nec sit augmentabilis/ vel diminuibilis cū sit idē quod eius eēntia. sed ista oīa magis patebūt ex sequēti articulo Et hec de scdo articulo ¶ Quātū ad tertiū articulum in quo est videndū. Utrū cum dei omni scientia stet cōtingētia futuroꝝ (id est) vtrū simul stet ꝙ deus sit omnisciens/ ⁊ ꝙ aliquid sit futurū contingens. (3. articulus)

Primo premittam aliquas suppositiões. Secundo ponā aliquas propositiones. Tertio soluam aliquas fortes obiectiones. Prima suppositio est ꝙ futuꝝ non dicitur contingens ad vtrumlibet. siue contingenter futurum. quia erit ⁊ non erit. nam hoc est impossibile. Nec quia erit/ vel non erit. nā sic quodlib et īpossibile esset futurum cōtingens: nec quia nec erit nec non erit. Nam hoc ē impossibile sicut primum. sed quia potest fore ⁊ non fore sicut dictū fuit in primo articulo. ¶ Scda suppositio est ꝙ eoꝝ que sunt futura. quedā sunt incōplexe significabilia intelligendo ad sensum supra declaratum ⁊c. Tertia est ꝙ scia dei de futuris dupliciter pōt accipi. Uno modo ē simplex noticia/ vel apprehensio.

Alio mō est iudiciū, siue iudicia ria cognitio. Quarta est ꝙ impossibile est diuinū iudicium eē flm. Quinta ꝙ deus pscit omne futurū siue incōplexe significabile siue enūciabile ꝯplexū veꝝ Ex istis sequitur sexta. ꝙ lz cuiuslibet futuri siue incōplexe entitas siue cōplexe enūciabilis deus sit necessario intuitio siue intuitiua noticia. tñ nullius enūciabilis de futuro ꝯtingenti est necessario indictū siue iudicatiua sciētia. Ista oīa et specialiter prima pars huius suppositionis satis patēt ex dictis. Sed scda pars pbatur. quia impossibile ē diuinū iudiciū eē falsū. ergo nullū enunciabile ꝯtingens futuꝝ deus necessario prescit aut necessario iudicat eē futuꝝ. Añs ē suppositū. sz ꝯñs pbatur: quia si detur oppositū, ⁊c sit illud futurum ꝯtingens antixp̄m fore. tunc arguitur sic. deus indicat ꝙ antixp̄s erit et antixp̄s non erit. ergo diuinū iudicium ē flz. Cōseqntia pz. sz añs pbatur quia adversarium ē vna copulatiua cuius prima pars ē necessaria (vt dicit) et scda pars est possibilis (vt pz) ergo tota copulatiua est possibilis. et pꝯñs est possibile/ quod est contra primum añs. quare ⁊c. Ex his sequuntur aliqua. Primo sequitur ꝙ omne futurum ꝯtingens enūciabile quod deus prescit/ ⁊ pscit ipse potest nunc non prescire et nunꝙ̄ prescivisse. Pz. quia sequitur. quocūꝙ̄ futuro demonstrato hoc deus nō prescit: ergo hoc nunꝙ̄ prescivit. ⁊ añs ē possibile: ergo ꝯñs. Sed ꝯña patet quia sequitur hoc deus non prescit: ergo hoc non est verū. quia omne enunciabile verū de futuro deus prescit ⁊c. Et vltra sequitur hoc non est verū: ergo hoc nūꝙ̄ fuit verū. Patet ex primo articulo. Et vltra sequitur. ergo deus hoc nūꝙ̄ prescivit. Scdo sequitur ꝙ aliquod futurū ꝯtingens enūciabi

le deus prescit: et ab eterno pre-
sciuit: et tñ in ptãte creature est
facere aliqd vñ seqtur deũ illud
nõ pscire/nec vnq̃ psciuisse. Pz
q: sit. a. aliquid qd põt creatura
rõalis libere facere. et tñ nõ faci
et. tũc de⁹ pscit et ab eterno psci-
uit q a. nõ eueniet et tñ in ptãte
creature ẽ facere q a eueniet et p
9ñs q deus sciuit q eueniet etc.
a ¶ Tertio seqtur q lz sciẽtia dei
sit necessaria et nõ 9tigẽs. nec de
pẽdeat ab aliq ad extra. tñ nulli
us futuri 9tigẽtis enũciabil' ipse
est necessario scia. sz qlibet tali
demõstrato ṽitas istius ppoŝ
tionis de⁹ scit hoc 9tingẽter/ de
pẽdet ex aliq ad extra. ptz satis.
Quarto seqtur q licet de⁹ neces
sario sciat omẽ futuꝝ 9tingens
enũciabile veꝝ eẽ: veruntñ nullũ
tale necessario scit eẽ verum. Et
ita lz deus necessario sciat illam
vniuersalẽ tñ pure cõtingenter
scit quãlibet eius singularem.
Prima ps pz. q: deus necessario
scit alteꝝ illoꝝ eẽ veꝝ etc. Scda
ps patz. q: neutrũ 9tradictorio
rũ scit necessario esse veruz etc.
b ¶ Quinta ppõ est q nõ facili⁹
potest saluari futuroꝝ cõtingẽ
tia siue q futura 9tingẽter sint
futura nõ ponẽdo dei prescien-
tiaz q̃ ipsa posita. Nec ipsa pre
scientia aliquo modo infert ne-
cessitatẽ in futuris plusq̃ possit
inferri ipsa non posita. Ptz eui-
denter ex primo articulo. q: cuz
qlibet propositio sit determina
te vera ex hoc ita difficulter po
test argui contra contingẽtiam
futuroꝝ sicut posita dei presci-
entia: vt apparet intuẽti pdicta
Unde sicut ppositio põt eẽ con
tingenter vera q̃ tñ non põt mu
tari de veritate in falsitatẽ. nec
desinere eẽ vera. et sine successio
ne etc. sic deus potest talem veri
tatem contingẽter scire: et tamẽ
eius scientia non potest mutari
in falsitatem: nec desinere eẽ ve
ra. Nec hoc arguit successionez
in dei scientia plus q̃ in ppoŝ
tione. Et ista apparẽt cuilz subti
liter aduertenti. ideo fatuũ est/
et signũ ignorantie magne i ista
materia negare dei prescientiaz
pter futuroꝝ 9tingentiam etc.
¶ Sexta ppositio ẽ rñsalis ad c
articuluz q simul stat q de⁹ sit
oĩsciens: et q aliqd sit futuꝝ 9ti
gẽs siue q de⁹ psciat futura. et
q illa sint contingenter futura.
¶ Istud diffuse declarat magi-
ster Gregori⁹. sed tota efficacia
iacet in hoc quia si simul stat q
